SLUB
Wir führen Wissen.
UNIVERSITÄT LEIPZIG

Poet. gr. 418 a

SLUB
Wir führen Wissen.
UNIVERSITÄT LEIPZIG

SLUB
Wir führen Wissen.
UNIVERSITÄT LEIPZIG

SLUB
Wir führen Wissen.
UNIVERSITÄT LEIPZIG

# ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

## ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ

---

# EURIPIDIS

## HIPPOLYTUS CORONIFER

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM

AC VETERUM EDITIONUM EMENDAVIT

ET ANNOTATIONIBUS

INSTRUXIT

JACOBUS HENRICUS MONK S. T. B.

COLLEGII SS. TRINITATIS SOCIUS

ET GRAECARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES
PROFESSOR REGIUS.

BIBL.
VNIVERS.
LIPS.

---

LIPSIAE

SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI

MDCCCXXIII.

SLUB
Wir führen Wissen.
UNIVERSITÄT LEIPZIG

SLUB
Wir führen Wissen.
UNIVERSITÄT LEIPZIG

# PRAEFATIO.

In nova Euripidis Hippolyti editione curanda, duo mihi praecipue proposita sunt. Primum operam dedi, ut haec Tragoedia, ex optimis auctoritatibus emendata, purior quam in prioribus editionibus prodiret: deinde, quidquid in verbis ac sententiis difficile esset aut reconditum, id conatus sum explicare, et exemplis a Graeca Poesi, maximeque Euripidea, petitis, illustrare. Quid in utraque operis parte profecerim, penes aequos et eruditos lectores judicium est. Pauca tantum de instituto meo, et de subsidiis, quibus usus sum, praefari libet.

In textu recensendo, nullum superiorum editorum per omnia secutus sum; e varietatibus lectionum apud Codices Manuscriptos a Musgravio, Brunckio, et aliis collatos, veteresque editiones Lascaris et Aldi, quas ipse diligenter contuli, Poetae verba probabiliter eruenda esse duxi. Huc accedebant permulta veterum

Scriptorum loca, qui e Tragoedia nostra hinc illinc verba laudaverant. Horum scilicet auctoritas haud exigua esse debet, ad textum sive corrigendum, sive stabiliendum. In hac officii mei parte, a Valckenaerii Commentario, multiplici eruditione referto, me maxime adjutum esse libenter fateor. In lectionibus eligendis, rationem semper habui consuetudinis apud Tragicos in similibus observatae. In hac arte critica exercenda, ducem et auspicem sumpsi Porsonum, qui cum ingenio, doctrina, ac judicio, ultra ceteros mortales floruerit, tum quaecunque ad Graecae linguae orthographiam, structuram, et universam indolem spectarent, unus omnium qui post literas renatas vixerunt, videtur optime percepisse. Hujus igitur ad exemplum Hippolyti textum, quantum in me fuit, emendare conatus sum.

Codicum lectiones, praeter paucas e maxime vitiosis, in Annotationibus meis indicantur. Diligentius enotavi varietates, quas exhibent Lascaris et Aldus. Editionum etiam Musgravianae Valckenaerianae et Brunckianae lectiones commemorandas esse plerumque censui.

Textus ex mera conjectura non nisi perpaucis in locis mutatus est: et spero fore, ut eruditi judices id nusquam temere factum arbitrentur. In aliorum etiam

emendationibus amplectendis cautus esse volui. Singulae Virorum doctorum conjecturae, quae vel ullam veritatis speciem habeant, auctoribus suis adsignantur. Quoniam vero complures sunt Reiskii, Musgravii, et aliorum mutationes, quae a verisimilitudine prorsus abhorreant, et quarum bona pars aut in metrum, aut in linguam peccet, nolui talibus memorandis et refellendis nostri libelli molem augere. Ubicunque autem Hippolyti versus a Valckenaerio minus recte tractatos esse judicaverim, id sedulo monui; non obloquendi studio, sed quia cavendum videretur, ne tanti nominis auctoritate plures in errorem abducerentur.

In choricis versibus corrigendis ac distribuendis, eo majorem adhibui cautionem, quo pronius sit in re parum certa peccare. Equidem operam dedi, ut quae metrorum genera Tragicis frequentata sint, ea, quantum fieri licuit, repraesentarem; et ut singula cantica e versibus constarent, quos libenter ab iis conjunctos esse viderim. Quomodo vero haec operis mei pars administrata sit, facile judicabit lector harum rerum peritus: quippe de iis, quae novata sunt, in notis admonui, observationes etiam nonnullas huc spectantes in gratiam tironum intertexui.

Quod ad interpretandi et illustrandi munus attinet, difficilium ac rariorum locutionum explicationes e vete-

ribus Grammaticis haustas subjecimus; allatis subinde versibus Poetarum, imprimis Tragicorum, unde ad voces, constructiones, et sententias in nostra fabula intelligendas, lux derivari posset.

In Annotationibus reperientur notulae quaedam Marklandi et Musgravii, hactenus ineditae. Harum copiam mihi fecit Burneius, studio scilicet eas literas juvandi, in quibus ipse inter primarios spectatus est.

Ad editionem meam locupletandam accesserunt Porsoni notae quaedam et emendationes, ex adversariis ejus in Bibliotheca Collegii SS. Trinitatis adservatis decerptae. Ut his fruerentur Euripidis lectores, fecit liberalitas praesulis venerandi, Episcopi Bristoliensis, et Collegii nostri Seniorum. Ego vero quidquid ad Hippolytum pertinens in Porsoni scriptis inventum est, nomine auctoris indicato, fideliter ac religiose descripsi. [Hae quidem summi Critici reliquiae in Libro Adversariorum dudum publici juris facto leguntur. Visum tamen eas typorum formas, quibus olim distinximus, in hac quoque editione servare.] Habes etiam, lector, integram scenam a versu 176, ad v. 266. ab eodem correctam. Nec id leve, aut parvi momenti habendum; siquidem dicere solebat Porsonus, se nihil dubitare, quin hanc scenam celeberrimam, qualis esset ab Euri-

pidis manu profecta, ipse demum emaculatam praestitisset.

Libello nostro multum ornamenti et subsidii adjecerunt observationes quaedam, suis in locis memoratae, quas ab Amico accepimus, ingenii, doctrinae, ac virtutis fama clarissimo, Carolo Jacobo Blomfield. Hujus eruditionem et elegantiam non opus est multis collaudare; siquidem Aeschyli editione feliciter inchoata, doctorum oculos animosque in se convertit, et quantis quamque eximiis dotibus ad promovendas literas instructus sit, adhuc juvenis demonstravit.

Ne te diutius praefando morer, scias me ingenuae juventutis commodis potissimum studuisse. Quamobrem notis meis passim interjectae sunt generales quaedam regulae et observationes, quas scriptores Atticos legentibus usui fore existimabam. Quod si spes mea non omnino frustrata erit, si ad Graecarum literarum studia excitanda aliquantulum contulero, me quidem, quantum laboris insumpserim, nunquam poenitebit; tu autem, benigne et erudite lector, in erroribus et defectibus hujus opusculi notandis, conatus nostros aequi bonique consules.

# MONITUM

## EDITIONI SECUNDAE PRAEFIXUM.

Cum omnia quidem Hippolyti nostri exemplaria maturius quam sperare ausus eram, divendita sint, operam vero meam in Euripide expoliendo et corrigendo positam viris doctioribus non displicere intellexerim, novae editionis curam suscepi. Retractavi igitur textum et annotationes, quaeque hodie videantur minus recte dicta, correxi: quinetiam haec editio et nostris et aliorum quibusdam, quas ad rem pertinere judicarem, observationibus aucta est. In opella retractanda, multum adjutus sum notis quibusdam et emendationibus in Hippolytum, quas mecum communicarunt Viri doctissimi humanissimique Petrus Elmsley et Jacobus Tate. Indicem vero rerum et verborum, quae in Annotationibus tractantur, suadentibus juvenum nostrorum informatoribus, subjeci.

Dabam Cantabrigiae, Kalendis Maii. 1813.

---

[Editio tertia, ad quam expressa est Lipsiensis, prodiit Cantabrigiae 1821.]

# NOTARUM EXPLICATIO.

A. MS. Parisiensis 2712. quae sunt Brunckii membranae, a Musgravio, deinde diligentius a Brunckio, collatus. Ex hoc codice lectiones ab Hemsterhusio excerptas dedit Valckenaerius.

B. MS. Paris. 2703. apud Musgravium.

C. Excerpta e MS. quodam Cottoniano, apud Musgravium.

D. MS. Paris. 2818. apud Musgravium.

E. MS. Paris. 2888. apud Musgravium.

Flor. *vel* Fl. Variae lectiones MSti cujusdam Florentini ab Is. Vossio olim collati: harum indicium Valckenaerio debetur.

P. Liber impressus in Bibliotheca Parisiensi, cum MSS. collatus, unde varias lectiones exscripsit Musgravius.

Lasc. Editio Princeps, continens Medeam, Hippolytum, Alcestin, et Andromachen, quae Florentiae cura Jani Lascaris, anno circiter 1496. literis majusculis impressa est.

SLUB
Wir führen Wissen.
UNIVERSITÄT LEIPZIG

Ald. Editio Aldi, Venetiis, anno 1503.

X. Π. Drama *Christus Patiens*, e Senariis Euripideis maximam partem conflatum; quod opus falso haberi solet Gregorii Nazianzeni.

R. P. Ricardi Porsoni notae, e Schedis ejus depromptae.

# *ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ*

## *ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.*

---

## ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

ΘΕΡΑΠΟΝΤΕΣ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ΧΟΡΟΣ.

ΤΡΟΦΟΣ.

ΦΑΙΔΡΑ.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ΘΗΣΕΥΣ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΑΡΤΕΜΙΣ.

# ΥΠΟΘΕΣΙΣ.[1]

Θησευς υἱὸς μὲν ἦν Αἴθρας καὶ Ποσειδῶνος, βασιλεὺς δὲ Ἀθηναίων· γήμας δὲ μίαν τῶν Ἀμαζόνων[2] Ἱππολύτην, Ἱππόλυτον ἐγέννησε, κάλλει τε καὶ σωφροσύνῃ διαφέροντα. ἐπεὶ δὲ ἡ συνοικοῦσα τὸν βίον μετήλλαξεν, ἐπεισηγάγετο Κρητικὴν γυναῖκα, τὴν Μίνω τοῦ Κρητῶν βασιλέως καὶ Πασιφάης θυγατέρα, Φαίδραν. Ὁ δὲ Θησεὺς, Πάλλαντα ἕνα τῶν συγγενῶν φονεύσας, φεύγει εἰς Τροιζῆνα, μετὰ τῆς γυναικὸς, οὗ συνέβαινε[3] τὸν Ἱππόλυτον παρὰ Πιτθεῖ τρέφεσθαι· θεασαμένη δὲ τὸν νεανίσκον ἡ Φαίδρα εἰς ἐπιθυμίαν ὤλισθεν, οὐκ ἀκόλαστος οὖσα, πληροῦσα δὲ Ἀφροδίτης μῆνιν, ἣ, τὸν Ἱππόλυτον διὰ σωφροσύνην ἀνελεῖν κρίνασα[4], τέλος τοῖς προτεθεῖσιν ἐπέθηκε. στέργουσα[5] δὲ τὴν νόσον, χρόνῳ πρὸς τὴν τροφὸν δηλῶσαι ἠναγκάσθη, κατεπαγγειλαμένην[6] αὐτῇ βοηθῆσαι· ἥτις, καὶ παρὰ[7] τὴν προαίρεσιν, λόγους προσήνεγκε τῷ νεανίσκῳ. τραχυνόμενον δὲ αὐτὸν ἡ Φαίδρα καταμαθοῦσα, τῇ μὲν τροφῷ ἐπέπληξεν, ἑαυτὴν δὲ ἀνήρτησε. καθ᾽ ὃν καιρὸν φανεὶς Θησεὺς, καὶ καθελεῖν

1. Hoc argumentum dederunt Aldus, et Arsenius in Editione Scholiorum in Euripidem. Legitur etiam in opere Eudociae Imperatricis inscripto, Ἰωνιά, quod vulgavit Villoisonus in Anecdotis Graecis, p. 411. Varias lectiones e Codicibus Parisino et Florentino notavit Valckenaerius.

2. Ἀμαζονίδων Cod. Par. et Arsenius, qui pro Ἱππολύτην habet Ἀντιόπην. Vide notam ad v. 10. διαπρέποντα pro διαφέροντα Flor.

3. συνέβη Eudoc. Arsen.

4. Post κρίνασα, Aldus et Eudocia habent τὴν Φαίδραν εἰς ἔρωτα παρώρμησε. ἔθηκε pro ἐπέθηκε Arsenius.

5. στέγουσα scripserunt Valck. Brunck.

6. κατεπηγγειλαμένη Arsen. ἡ δὲ κατεπηγγείλατο Ald. Eudoc.

7. κατὰ τὴν προαίρεσιν et προένεγκε Arsenius.

θέλων [8] τὴν ἀπηγχονισμένην, εὗρεν αὐτῇ προσηρτημένην δέλ-τον [9], δι' ἧς Ἱππολύτου φθορὰν κατηγόρει καὶ ἐπιβουλήν· πι-στεύσας δὲ τοῖς γεγραμμένοις, τὸν μὲν Ἱππόλυτον ἐπέταξε φεύγειν, αὐτὸς δὲ τῷ Ποσειδῶνι ἀρὰς ἔθετο, ὧν ἐπακούσας ὁ θεὸς, τὸν Ἱπ-πόλυτον διέφθειρεν. Ἄρτεμις δὲ τῶν γεγενημένων ἕκαστα διασα-φήσασα Θησεῖ, τὴν μὲν Φαίδραν οὐκ ἐμέμψατο [10], τοῦτον δὲ πα-ρεμυθήσατο, υἱοῦ καὶ γυναικὸς στερηθέντα· τῷ δὲ Ἱππολύτῳ τι-μὰς [11] ἔφη ἐπιχωρίους ἐγκαταστήσασθαι.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Τροιζῆνι [12]. ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος [13] ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἑβδόμῃ, ἔτει τετάρτῳ. πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἱππόλυτος [14] δεύτερος, καὶ ΣΤΕΦΑΝΙΑΣ προσαγο-ρευόμενος. ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον, ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων.

8. *σπεύδων* pro *θέλων* Arsen. Par. Flor.

9. *βίβλον* Arsen.

10. *οὐ κατεμέμψατο* Par. *οὐκ ἀπεμέμψατο* Arsen. Paullo ante *ἕκαστα* pro *ἕκαστον* dedi, Valckenaerium secutus.

11. „Quod est in Ed. Arsenii, *τιμὰς ἔφη γῆς ἐγκαταστήσασθαι* praebent Codd. quoque Paris. et Flor. hinc scribi quoque poterit *γῇ ἐγκαταστήσασθαι*." Valck.

12. *ἐν Θήβαις* Ald. Arsen. errore satis inepto. Quae sequuntur omittit Aldus.

13. *Ἀμεινῶνος* Par. mox *Ἰωφῶν* Arsen.

14. Prior fabula Euripidea, ad quam respexit Argumenti Scri-ptor, nomine *Ἱππολύτου Καλυπτομένου* laudatur a Jul. Polluc. Ono-mast. IX. 50. Scholiast. ad Theocr. Idyll. II. 10. Tituli vero cau-sam fuisse opinantur Viri docti, quod in ultima ejus fabulae scena Hippolytus non vivus, ut in superstite Tragoedia, sed mortuus et *Καλυπτόμενος* delatus est.

- Aristodemus.
  - Eurysthenes.
    - Agis.
      - Echestratus.
        - Labotas.
          - Doryssus.
            - Agesilaus.
              - Archelaus.
                - Teleclus.
                  - Alcamenes.
                    - Polydorus.
                      - Eurycrates.
                        - Leon.
                          - Anaxandrides.
                            - Cleomenes.
                            - Dorieus.
                            - Leonidas.
                              - Plistarchus.
                            - Cleombrotus.
                              - Pausanias.
                                - Plistoanax.
                                  - Pausanias.
  - Procles.
    - Sous.
      - Eurypon.
        - Prytanis.
          - Eunomus.
            - Polydectes.
              - Charillus.
                - Nicander.
                  - Theopompus.
                    - Archidamus.
                      - Zeuxidamus.
                        - Anaxidamus.
                          - Archidamus.
                            - Agasicles.
                              - Ariston.
                                - Demaratus.
                    - Anaxandrides.
                      - Archidamus.
                        - Anaxilas.
                          - Leotychides.
                            - Hippocratides.
                              - Hegesilas.
                                - Menares.
                                  - Leotychides.
                                    - Zeuxidamus.
                                      - Archidamus.
                                        - Agis.
                                          - Agesipolis.
                                          - Cleombrotus.
                                            - Cleomenes.
                                              - Cleonymus.
                                                - Leonidas.
                                                  - Cleomenes.
                                              - Acrotatus.
                                                - Areus.
                                                  - Acrotatus.
                                                    - Areus.
                                          - Leotychides.
                                        - Agesilas.
                                          - Archidamus.
                                            - Eudamidas.
                                              - Agis.
                                                - Eurydamidas.
            - Lycurgus.

SLUB
Wir führen Wissen.
UNIVERSITÄT LEIPZIG

# ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
## ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.

### ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

ΠΟΛΛΗ μὲν ἐν βροτοῖσι, κοὐκ ἀνώνυμος
θεὰ κέκλημαι Κύπρις, οὐρανοῦ τ᾽ ἔσω·
ὅσοι τε πόντου τερμόνων τ᾽ Ἀτλαντικῶν

1. 2. *Πολλή*. Scholiasta, δυνατὴ, θαυμαστὴ, μεγίστη. 1
Valckenaerius statuit hanc vocem idem valere quod in aliis locis σεμνὴ, μεγάλη, τιμία. *Κέκλημαι* significat *sum*, quo sensu apud Tragicos non infrequens est. Aeschylus Pers. 240. *Οὕτινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς, οὐδ᾽ ὑπήκοοι.* Soph. Trachin. 738. *Ἄλλου κεκλῆσθαι μητέρ᾽.* Noster Hecub. 484. *Ἐν ξείνᾳ χθονὶ δὴ κέκλημαι Δούλα.* 629. *Ὁ δ᾽ ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος.* Electr. 368. „*Κεκλῆσθαι pro γενέσθαι Eur. Protesilao Suid. v. πενθερά. Rhadamantho Stob.* p. 269. *ed. Grot. Phryxo* p. 53. *Phoen.* 570. (576.) *γενήσεται (κεκλήσεται) Suppl.* 915. *apud Stobaeum.*“ R. P. De Phoenissarum et Supplicum locis videndus ipse Porsonus ad Phoen. 576. Nostros versus citat Grammaticus Incertus περὶ Σολοικίας, quem Valckenaerius Ammonio suo subjecit, p. 102. Eosdem παρῳδεῖ Lucianus Podagra Tom. III. p. 665. et suo more insulse mutatos adhibet Auctor dramatis *Christi Patientis*, quod posthac designabo per literas Χ. Π. 102. Huc etiam respexit Philostratus De Vita Apollonii VI. p. 282, 8. observante Valckenaerio.

3. *πόντου* male intelligit Musgravius post Scholiastam de Ponto Euxino. Montem Atlantem fingebant Poetae et maris et naturae finem esse. Infra 1056. *Πέραν γε πόντου καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν, Εἴ πως δυναίμην.* Vide etiam v. 741. et sequentia. Hunc versum cum tribus sequentibus habet Athenaeus XIII. p. 600. C. Dubito annon rectius legeretur ὅσοι δὲ, quod nonnulli voluerunt, ob τὸ μὲν praecedens.

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG

ναίουσιν εἴσω, φῶς ὁρῶντες ἡλίου,
τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη,
σφάλλω δ᾽, ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.
ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε,
τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.
δείξω δὲ μύθων τῶνδ᾽ ἀλήθειαν τάχα.
ὁ γάρ με Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος,
Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα,
μόνος πολιτῶν τῆσδε γῆς Τροιζηνίας

2 5. πρεσβεύειν· προτιμᾶν Hesych. eadem habet Photius in voce addens Εὐριπίδης. Hac significatione vox adhibetur Aesch. Choeph. 486. τόνδε πρεσβεύσω τάφον. Soph. Trach. 1067. Καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον. Alcest. 293. Rhes. 944.

8. Confert Porsonus in Adversariis p. 231. cum loco Supplicum 232. θεοὺς — οἵτινες τιμώμενοι Χαίρουσι. Huc respexit Plutarchus Erotico Tom. II. p. 766. C. et, ut videtur, Clemens Alex. Strom. VII. p. 848, 13. notante Valckenaerio. Versus 8. 9. citat Scholiasta Venet. ad Iliad. *P.* 567.

10. Simile est Iph. T. 239. Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ Κλυταιμνήστρας τέκος. Ejusdem pleonasmi alia exempla, Aesch. Prom. 140-1-2. Soph. Antig. 1115. Alcest. 525. notavit Blomfieldius ad Promethei locum. De nomine matris Hippolyti silet Euripides. Antiopam fuisse tradunt Plutarchus in Thes. Tom. II. p. 13. D. Seneca in Hippolyto Tragoedia, Scholiast. ad hujus fabulae v. 580. Schol. ad Hom. Odyss. *Λ.* 320. Tzetzes ad Lycophr. 1329. Servius ad Virg. Aen. XI. 761. Contra ex Hippolyta, Antiopae sorore, natum perhibent idem Plutarchus Parall. Tom. II. p. 314. A. Clidemus apud Plutarch. Tom. I. p. 13. A. et Auctor argumenti hujus fabulae. Quae de his Amazonibus veteres tradidere, collegit et recensuit Meursius in Theseo cap. 20. et 21.

11. παίδευμα pro *alumno* apud Tragicos occurrit, quemadmodum λόχευμα, κήδευμα, μίσημα et alia ejus generis pro personis adhibentur. Electr. 891. Σύ τ᾽, ὦ παρασπίστ᾽, ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου Παίδευμα, Πυλάδη. Ceterum παιδεύματα de Hippolyto solo dicitur, ut in Sophoclis Philoct. 36. τεχνήματα de uno poculo; Antig. 568. νυμφεῖα de Antigona; in Nostri Hec. 269. προσφάγματα de una victima. Orest. 1051. κέδρου τεχνάσματα de uno sepulcro. Androm. 1277. συγκοιμήματα de Thetide. Troad.
3 254. νυμφευτήρια de Cassandra: quae exempla attulit Porsonus ad Orestis locum defendendum. Idem ad Iph. Aul. 7. „παιδεύματα *recte scriptum apud Eurip. Hippol.* 11. *in* παίδευμα *degeneravit apud Plutarchum Thes.* p. 2. B.“

λέγει κακίστην δαιμόνων πεφυκέναι·
ἀναίνεται δὲ λέκτρα, κοὐ ψαύει γάμων·
Φοίβου δ' ἀδελφὴν Ἄρτεμιν, Διὸς κόρην,
τιμᾷ, μεγίστην δαιμόνων ἡγούμενος·
χλωρὰν δ' ἀν' ὕλην παρθένῳ ξυνὼν ἀεί,
κυσὶν ταχείαις θῆρας ἐξαιρεῖ χθονὸς,
μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίαν.
τούτοισι μέν νυν οὐ φθονῶ· τί γάρ με δεῖ;
ἃ δ' εἰς ἔμ' ἡμάρτηκε τιμωρήσομαι
Ἱππόλυτον ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ· τὰ πολλὰ δὲ
πάλαι προκόψασ', οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ.

14. ψαύει γάμων et infra 1030. ἅψασθαι γάμων usurpantur eodem prorsus sensu ac εὐνῆς θιγεῖν infra 889. Electr. 255. εὐνῆς ἅψασθαι Phoen. 960.

18. ἐξαιρεῖ. ἐκ μέσου αἱρεῖ, ἀφανίζει. Schol. Ante Valckenaerium legebatur ἐξαίρει mendose. Laudat ille Pausaniam II. p. 184. m. λύκους ἐφαίνετό μοι τὴν Τροιζηνίαν λυμαινομένους ἐξελεῖν ὁ Ἱππόλυτος. Confert Elmsleius Herod. I. 36. καὶ διακελεύσομαι τοῖσι ἰοῦσι, εἶναι ὡς προθυμοτάτοισι συνεξελεῖν ὑμῖν τὸ θηρίον ἐκ τῆς χώρης.

19. Vulgo legitur ὁμιλίας, constructione minus usitata. Lasc. ὁμιλίᾳ. Dedi ὁμιλίαν ex emendatione Porsoni, quam confirmare videtur Fragm. Eurip. Aeoli apud Stobaeum XXII. p. 187, 43. Σιγᾶν φρονοῦντα κρείσσον' εἰς ὁμιλίαν Πεσόντα. Quam facile haec vox vel in ὁμιλίας vel in ὁμιλίᾳ depravari posset, nemo non videt.

20. μέν γ' οὖν οὐ Ald. μὲν νῦν οὐ A. B. D. μὲν οὖν οὐ P. τούτοις μὲν οὖν οὐ E. Lasc. Correxit Valckenaerius.

22. ἡμέρα Lasc.

23. προκόψασ' est pendens nominativus pro genitivo participii positus, cujus constructionis exempla dabunt Aeschylus Suppl. 455. Καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια, Γένοιτο μύθου μῦθος ἂν θελκτήριος. Choeph. 518. Τὰ πάντα γάρ τις ἐκχέας4 ἀνθ' αἵματος Ἑνὸς, μάτην ὁ μόχθος. Prometh. 209. Sophocles Oedip. Tyr. 101. ubi Mudgii emendationem ὡς τήνδ' αἷμα χειμάζον πόλιν recipiendam esse me olim monuit Porsonus. Oedip. C. 1120. Τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκύνω λόγον. Euripides Phoen. 290. Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας, Ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν. Nostrum et Phoenissarum locum protulit Eustathius ad Iliad. *B.* p. 236, 36 = p. 179, 16. De hoc Atticismo, quem Grammatici alii Σολοικισμὸν, alii Ἀρχαϊσμὸν vocabant, videas, si placet,

ἐλθόντα γάρ νιν Πιτθέως ποτ' ἐκ δόμων,
σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων,
Πανδίονος γῆν, πατρὸς εὐγενὴς δάμαρ
ἰδοῦσα Φαίδρα, καρδίαν κατείχετο
ἔρωτι δεινῷ, τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασι.
καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν,
πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, κατόψιον
γῆς τῆσδε, ναὸν Κύπριδος καθείσατο,

Kusterum ad Aristoph. Plut. 277. Gregor. Corinth. p. 33. προκόψασα exponit Scholiasta per προκατασκευάσασα. Vox hoc sensu cum accusativo adhibetur Thucyd. VII. 56. Καὶ τοῦ ναυτικοῦ μέγα μέρος προκόψαντες. Vid. inf. 1292. Hecub. 955. Alcest. 1098. Metaphora sumpta videtur ab iis, qui ligna et alia impedimenta in itinere concidunt. Hinc etiam, προκόπτειν erat *progredi*; ut in notis illis locutionibus προκόπτειν ἐν ἡλικίᾳ, προκόπτειν ἐν σοφίᾳ. Deinde δεῖ με πόνου constructio apud Euripidem satis frequens (vid. infra 492. 686.) pro qua communes Graeci dicebant δεῖ μοι πόνου. De his formulis consulendus Porsonus ad Orest. 659.

25. Recte interpretatur Valckenaerius, „*Ut Eleusinia viseret veneranda mysteria, hisque adeo visis perficeretur* — οἱ μεμυημένοι namque non nisi post quinquennium in sacrarium interius admittebantur ad arcana spectanda; tum demum fiebant ἐπόπται et τέλειοι." Hanc rem respexerunt Sophocles apud Plutarchum Tom. II. p. 21. E. ὡς τρὶς ὄλβιοι Κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη, Μόλωσ' ἐς Ἅιδου. Plato in Phaedro p. 250. B. εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν μακαριωτάτην. Andocides p. 5, 18. μεμύησθε καὶ ἑωράκατε τοῖν θεοῖν τὰ ἱερά (malim ταῖν). Ovid. Heroid. IV. 67. *Tempore, quo vobis inita est Cerealis Eleusin, Gnosia me vellem detinuisset humus. Tunc mihi praecipue (nec non tamen ante) placebas: Acer in extremis ossibus haesit amor.*

27. MSS. et Editiones habent κατέσχετο. Sed passivam vocem sensus postulat, et dubitare videtur Porsonus ad Orest. 1330, an unquam κατάσχω pro κατέχω usurparint Attici. Edidi igitur levi mutatione κατείχετο. Conferas Bacch. 1124. Ἐκ Βακχίου κατείχετ'.

30. 31. Interpretatur Valckenaerius post alios, *ad ipsam rupem Palladis, quae hanc terram despectat:* conferens Virgilii locum Aen. I. 420. *Jamque adscendebant collem, qui plurimus urbi Imminet, adversasque adspectat desuper arces.* Vocem κατόψιος habet Apollon. Rhod. *Β*. 545. Alia forma κάτοπτος extat in Aeschyli Agam. 315. Σαρωνικοῦ Πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν πρόσω Φλέγουσαν. ubi Scholiasta exponit per κα-

ἐρῶσ᾽ ἔρωτ᾽ ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ᾽ ἔπι
τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρύσθαι θεάν.

τόψιον. Deinde ἐγκαθίσατο Aldus, quod cum aperte mendosum esset, primus correxit Dawesius Misc. Crit. p. 62. Ed. Burg. ἐγκαθείσατο, quod exhibent A. C. E. P. Flor. et Lasc. Vidit autem Valckenaerius post hoc verbum requiri Dativum. Legendum igitur censuit ναῷ Κύπριδος ἐγκαθείσατο, Ἐρῶσ᾽, Ἔρωτ᾽ ἔκδημον. ut scilicet intelligatur Phaedra simulacrum *Amoris Absentis* in templo Veneris dedicasse. Sententiam vero suam nemini, ut opinor, adprobare poterit Vir doctissimus. De templo Veneris a Phaedra in Hippolyti honorem extructo hic locutum esse Euripidem, ex aliis veterum locis satis constat. Diodorus Siculus IV. 62. p. 306, 24. hunc Tragici locum optime illustrat: μικρὸν δ᾽ ὕστερον Ἱππολύτου ἐπανελθόντος εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς τὰ μυστήρια, Φαίδρα διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεῖσα αὐτοῦ, τότε μὲν ἀπελθόντος ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης παρὰ τὴν ἀκρόπολιν, ὅθεν ἦν καθορᾷν τὴν Τροιζῆνα. Similia habet Scholiasta Homeri Odyss. Λ. 320. qui historiam ex Asclepiade tradit: Φαίδρα — τὸ μὲν πρῶτον ἱερὸν Ἀφροδίτης ἐν Ἀθήναις ἱδρύσατο, τὸ νῦν Ἱππολύτειον καλούμενον. Addas Nostri Scholiast. qui et ἐγκαθίσατο per ἔκτισεν exponit. Cum igitur sententia loci manifesta sit, Dativus autem post ἐγκαθείσατο commode abesse nequeat, non dubitavi Musgravii conjecturam καθείσατο cum Brunckio in textum reponere: idque fidentius, propterea quod vocis ἐγκαθείσατο mentionem apud Grammaticos non invenio; Hesychius autem habet ἐκαθίσατο. ἱδρύσατο, et mox καθίσατο. ἱδρύσατο. utrobique reponendum videtur καθείσατο. Errorem credo profectum esse a librariis scribentibus ἐκαθείσατο. Verbum scilicet ab εἴσατο compositum tale augmentum non admittit.

33. Pro ὠνόμαζεν, quae vox Viros doctos mire offendit, 6
Jortinus legendum putavit ὀνομάσουσιν: Valckenaerius conjecit ὑμνήσουσιν, quod in textum intulit Brunckius. Sed haec conjectura, audacior quam felicior, nata erat e loco Iph. T. 1457. cujus diversa est ratio. Duriuscula certe sententia est, nihil tamen mutandum. Vertas, *nomen dabat, quod in posterum valeret, in honorem scilicet Hippolyti positam esse Deam.* Tzetzes ad Lycoph. 1329. — Φαίδραν, ἥτις ἤρα τοῦ Ἱππολύτου, καὶ μὴ ἰσχυσάσης (l. --ύσασα) σχεῖν τοῦτον, ᾠκοδόμησε ναὸν τῇ Ἀφροδίτῃ, Ἐρωτικὸν αὐτὸν καλέσασα. Aliam interpretationem proponit Vir quidam eruditus, *postea autem praedicabat in honorem Hippolyti positam esse Deam.* Ceterum admodum probabilis est conjectura doctissimi Censoris Angli, (*Quarterly Review* Vol. viii. p. 219.) interpolatos esse duos versus 32. 33. Scilicet sententia v. 34. Ἐπεὶ ΔΕ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα, respondet prae-

ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λείπει χθόνα,
μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν,
καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα,
ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγὴν,
ἐνταῦθα δὴ στένουσα, κἀκπεπληγμένη
κέντροις ἔρωτος, ἡ τάλαιν' ἀπόλλυται
σιγῇ· ξύνοιδε δ' οὔτις οἰκετῶν νόσον.
ἀλλ' οὔτι ταύτῃ τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν·
δείξω δὲ Θησεῖ πρᾶγμα, κἀκφανήσεται.
καὶ τὸν μὲν ἡμῖν πολέμιον πεφυκότα

cedentibus v. 29. Καὶ πρὶν ΜΕΝ ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζηνίαν — his vero insertis versiculis ea antapodosis intercepta est ac sublata. Aliis etiam de hoc loco eadem est exorta suspicio.

34. Lascaris cum MSS. nonnullis habet λίποι. Aldus λίπε. Flor. λοιπόν. Sed recte λείπει Codices A. B. D. C. quod ex emendatione dedit Piersonus Verisim. p. 60. et primus recepit Musgravius.

35. Pallas filius erat Pandionis, frater Aegei. Is filiique ejus seditionem Athenis moventes, et regnum affectantes, a Theseo interfecti sunt. Historiae meminerunt Plutarchus in Thes. Tom. I. p. 5. E. Philochorus apud Euripidis Scholiastam.

37. αἰνέσας· εὐαρεστήσας, συγκαταθέμενος Schol. Sic infra v. 1315. Ἔδωχ' ὅσονπερ χρῆν, ἐπείπερ ᾔνεσε. Alcest. 2. Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι. Αἰνεῖν eodem sensu adhibuit Homerus Iliad. Θ. 9. ubi αἰνεῖτε. Schol. συγκατατίθεσθε. Conferas notata ad locum Alcestidis. Observent tirones hanc vocem futurum apud Homerum αἰνήσω, apud Tragicos αἰνέσω semper adhibere. Tzetzes ad Lycophr. v. 1039. Νόμος ἦν τὸν ἐργασάμενον φόνον φεύγειν ὅλον ἐνιαυτὸν μὴ ψαύοντα τῆς πατρίδος. Hesychius, ἀπενιαυτισμὸς, ἡ εἰς ἐνιαυτὸν φυγὴ τοῖς φόνον δράσασι. De hac lege videndus Petitus Leg. Att. VII. Tit. I. 9. p. 613.

7 38. κἀμπεπληγμένη C. Fl. Aliam lectionem καὶ πεπληγμένη exhibet X. Π. 354. 748. quam praetulit Valckenaerius. Sed longe aptius sententiae est compositum: ut in Med. 8. Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος. Fragm. Eur. Antiop. ap. Stobaeum LXI. p. 386, 25. καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων Λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους. Sed vide notam infra ad v. 1298.

40. Flor. οὐδεὶς, et in v. seq. δεῖ pro χρή.

42. κἀναφανήσεται Fl.

43. Brunckius dedit ex A. B. D. πολέμιον νεανίαν. Sed πεφυκότα habent ceteri Codices, Lasc. Ald. Valckenaerio videtur haec fuisse lectio prioris, illa secundae editionis. Crediderim

κτενεῖ πατὴρ ἀραῖσιν, ἃς ὁ πόντιος
ἄναξ Ποσειδῶν ὤπασεν Θησεῖ γέρας,
μηδὲν μάταιον εἰς τρὶς εὔξασθαι θεῷ.
ἡ δ' εὐκλεὴς μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται
Φαίδρα· τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω κακὸν,
τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ
δίκην τοσαύτην, ὥστε μοι καλῶς ἔχειν.
ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ τόνδε παῖδα Θησέως
στείχοντα, θήρας μόχθον ἐκλελοιπότα,
Ἱππόλυτον, ἔξω τῶνδε βήσομαι τόπων.
πολὺς δ' ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους
κῶμος λέλακεν, Ἄρτεμιν τιμῶν θεὰν
ὕμνοισιν· οὐ γὰρ οἶδ' ἀνεῳγμένας πύλας

equidem Euripidem praelaturum fuisse πεφυκότα, ut diceretur Hippolytus natura esse Veneri inimicus. Praeterea νεανίαν versum auribus ingratum efficit, litera ν septies repetita.

47. X. Π. 750.

48. 49. καλὸν pro κακὸν habent E. P. Schol. Aristoph. Ran. 314. probantibus Marklando et Heathio; et sic edidit Brunckius. Utrumque καλόν. κακὸν Lascaris. Sed Aldi et ceterorum Codicum lectionem κακὸν defendunt Aesch. Eum. 637. Πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον. 737. γυναικὸς οὐ προτιμήσω μόρον. Alcest. 777. τῶν ἐν Ἀδμήτου κακῶν Οὐδὲν προτιμῶν. Deinde Aldus et Codices nonnulli τοῦ μὴ οὐ mendose. Constructio τὸ μὴ οὐ π. subaudita praepositione frequens est apud Atticos. Vid. Soph. 8 Trach. 622. Eur. Phoen. 1192. Pessime Valckenaerius post προτιμήσω distinctionem posuit.

53. Ita A. B. C. Fl. Lasc. ἔξω τῶνδε βήσομαι δόμων Aldus, errore satis manifesto; scena enim fabulae extra domum fuit. Vid. infra 108. 171. 179. etc. Pari errore v. 1391. δόμοισι exhibent plerique Codices: sed et ibi recte τόποισι A.

54. ὀπισθόπους. male Hesychius ὑποστρέψας. Vocem hic et infra 1174. interpreteris *pone sequens*. Habet Suidas, e tragoedia aliqua, ut opinor, ὀπισθόπους δίκη. Alia forma ὀπίσθοπος extat in Aesch. Choeph. 711.

55. Brunckius e Codd. A. Fl. edidit θεάν. Ceteri cum Lascari et Aldo θεὸν, quod praetulit Valckenaerius. Et profecto ἡ θεὸς de *Diva* saepenumero apud Tragicos occurrit, sed nunquam, ut opinor, cum ipso Divae nomine hoc modo conjunctum. In hac fabula θεὰ Κύπρις occurrit v. 2. et 1415. Ἄρτεμις θεὰ v. 1391.

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG

Αἴδου, φάος τε λοίσθιον βλέπων τόδε.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ.

ἕπεσθ' ἀείδοντες, ἕπεσθε,
τὰν Διὸς οὐρανίαν
Ἄρτεμιν, Ἄρτεμιν, ᾇ μελόμεσθα.

ΘΕΡΑΠΟΝΤΕΣ.

πότνια, πότνια, σεμνοτάτα,
Ζανὸς γένεθλον,
χαῖρε, χαῖρέ μοι, ὦ κόρα
Λατοῦς καὶ Διὸς Ἄρτεμι,
καλλίστα πολὺ παρθένων,
ἃ μέγαν κατ' οὐρανὸν
ναίεις εὐπατέρει' ἀν' αὐλὰν

57. φάος τε A. E. P. Lasc. Fl. ceteri cum Aldo habent φάος δέ.

58. ἀείδοντες Ald. quod ob numeros praetuli. ᾄδοντες A. Fl. Lasc. et sic Musgr. Valck. Brunck.

60. Deest alterum Ἄρτεμιν in A. et Lasc.

9 61. Θεραπόντων personam huic versui praefigit A. Perperam vulgo hoc canticum Choro tribuitur; quem errorem notant quoque veteres Scholiastae. Haec in suos usus convertit *X. Π.* 100. 130. 559. 645. Comparari jubet Valckenaerius canticum in Aristoph. Thesm. 114.

63. 64. Aldus, quem secuti sunt Editores, haec in tres versus ita disposuit; *Χαῖρέ μοι, ὦ κόρα, — Χαῖρέ μοι Λατοῦς — Ἄρτεμι καὶ Διός.* Alterum χαῖρέ μοι omittunt Lasc. et MSS. quidam. Primus equidem haec verba ut in optimo Codicum A. leguntur edidi; unde evadunt duo versus Glyconei, qualis est proxime sequens 65. Videas notata infra ad v. 735.

66. 67. μέγα A. Ἃ—ναίεις Lasc. cum Codd. quibusdam. Αἳ μ. κ. οὐ. ναίετ' D. E. Ald. et sic pleraeque editiones: omnes εὐπατέρειαν αὐλάν. Vidit autem Valckenaerius minus recte dici αὐλὰ, εὐπατέρεια. Est profecto Dianae epitheton in Apollon. Rh. I. 569. *Τοῖσι δὲ φορμίζων εὐθήμονι μέλπεν ἀοιδῇ Οἰάγροιο πάϊς νηοσσόον εὐπατέρειαν Ἄρτεμιν.* Legendum igitur putavit εὐπατέρειά γ', otiosa particula male adhibita. Pejus adhuc Brunckius ναίουσ' εὐπατέρειαι nulla auctoritate fretus in textum intulit. Lectio, quam recepi, debetur doctissimi Gaisfordii conjecturae, quam mecum communicatam voluit; nec dubito, quin ita scripserit Euripides: sic enim sententiae optime consulitur, ne lite-

Ζανὸς πολύχρυσον οἶκον.
χαῖρέ μοι, ὦ καλλίστα,
καλλίστα τῶν κατ' Ὄλυμπον
παρθένων Ἄρτεμι.
ΙΠ. σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω,
ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ,
οὔτ' ἦλθέ πω σίδηρος, ἀλλ' ἀκήρατον

ra quidem vulgatae lectionis mutata. Homeri *Διὸς αὐλὴ* sumpsit quoque Aeschylus Prometh. 122. Noster Heracl. 919. *χρυσέαν κατ' αὐλάν*. Eustathius ad Iliad. *Δ*. p. 436, 34=331, 50. conjuncta legit *Ζηνὸς πολύχρυσον οἶκον*, notans haec sumpsisse Euripidem ab Homerico *Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ* Il. *Δ*. 2. [*εὐπατέρειαν αὐλὰν* pro *εὐδαίμονα πατρὸς αὐλὰν* dictum accipit Elmsleius ad Iphig. T. 1082. in Museo crit. Cant. VI. p. 303. *ED. LIPS.*]

69. Hippolyti personam praefigunt Ald. et MSS. quidam.

72. In scenam prodiit Hippolytus, manu ferens coronam 10 Dianae simulacro, quod ante fores stabat, imponendam; unde titulus Tragoediae, *Ἱππόλυτος Στεφανηφόρος*, a Grammaticis inditus est. Hos vero Euripidis versus in sensu figurato plerumque capiebant veteres: credentes scilicet Hippolytum de hymno, quem in honorem Deae nectebat, sub coronae nomine loqui. Videas variorum de hac allegoria commenta in Scholiis. Figurate haec transtulerunt Clemens Alex. Paedag. p. 313. Strom. I. p. 322, 16. Themistius Or. XV. p. 185. A. *X. Π.* 2588. Et sane dicebantur poetae *πλέκειν στέφανον* perinde ac *πλέκειν ὕμνον*, Pind. Ol. VI. 147. Affert Valckenaerius Aristoph. Ran. 1334. *ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ Λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων*. Lucret. I. 725. *Avia Pieridum peragro loca: — juvatque novos decerpere flores, Insignemque meo capiti petere inde coronam, Unde prius nulli velarint tempora Musae.* Hor. Carm. I. 26. *apricos necte flores, Necte meo Lamiae coronam, Pimplei dulcis.* Sed ut verum fatear, exempla ista ab his Euripideis aliena esse videntur. Non enim de carminis laude, sed pudicitiae, loquitur Hippolytus. Hanc orationem integram Latinis numeris pulcherrime convertit Muretus Var. Lect. VIII. 1.

74. Hunc versum dedit Plutarchus Contra Epicur. Tom. II. p. 1094. A. *Ἀξιοῦν* hic positum pro *audere*, ut infra 1047. *Εἴπερ γυναικὸς ἠξίους ἐμῆς θιγεῖν*. Heracl. 950. *ἐμὸν Παῖδ' ἠξίωσας, ὦ πανοῦργ', ἐφυβρίσαι*. Aesch. Pers. 335. et alibi. *φέρβεις βροτὰ* Fl. mendose.

75. *οὐδ' ἦλθε* editiones omnes et Plutarchus loco citato;

*μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸν διέρχεται,*
*αἰδὼς δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις.*

sed οὔτ' ἦλθε ob praecedens οὔτε legatur necesse est. „Religio erat Veteribus prata Diis consecrata falce tondere. — Inde Hesychius ἀδρέπανον. ἄδρεπτον, θεοῖς ἀνακείμενον. Σοφοκλῆς. An et huc pertinet ἄτομος λειμὼν Trach. 203?" *Musgr.* Affert autem Valckenaerius duo versus ex Meleagro Scirae Comici Tarentini apud Athenaeum IX. p. 402. C. Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ νέμειν βοτὰ, Οὔτ' ἀσχέδωρος νεμόμενος καπρώζεται. Quos idcirco laudavit Athenaeus, ut ostenderet, ὅτι οἱ περὶ τὴν Σικελίαν κατοικοῦντες ἀσχέδωρον καλοῦσι τὸν σύαγρον. Cum igitur prior horum versuum sit Euripidei Hippolyti, suspicatur Vir ingeniosus posteriorem etiam e nostro sumptum esse, vo-
11 cemque σύαγρος in aliis Codicibus pro σίδηρος aliquando obtinuisse. Scirae versus ab Athenaeo mutuatus est Eustathius ad Odyss. *T.* p. 705, 48. Ed. Bas. Inde notanda est varia lectio νέμειν pro φέρβειν. σίδαρος Fl.

76. Pro λειμῶν' Flor. habet χῶρον. Deinde ἐαρινὸν plerique MSS. Sed altera forma ἠρινὸν, quam exhibent Lascaris et Aldus, Atticis usitata est. Valckenaerii conjecturam ἐαρινῇ, cui favet Scholiasta, in textum admisit Brunckius; sed debebat saltem ἠρινῇ. Jortinus autem (*Ecclesiastical History, Vol.* II. p. 131.) legendum censuit ἠρινὸς, et hanc profecto Viri summi opinionem amplexus est Porsonus. Sed vulgatam lectionem, quam edidi, aliquatenus defendit locus Supplic. 450. ubi exstat λειμῶνος ἠρινοῦ στάχυν.

77. αἰδώς. Haec vox, quae in omnibus Codicibus legitur, Viris doctis, praeter Brunckium, vehementer displicuit. Is. Vossius in Catullum p. 116. primus proposuit αἰὼς, credens sane hanc esse Aeolicam formam pro ἕως: sed enim insigniter errasse nemo non videt; ab isto tamen errore derivata est Valckenaerianae editionis lectio, ἕως. Sed audiamus Porsonum in Appendice ad Toupium, Vol. IV. p. 450. „In Hippolyto ἕως edidit Valckenaerius, Toupio obsecutus; αἰδὼς retinet et defendit Brunckius. Neutrum equidem intelligo, neque intellexisse videtur Musgravius, qui conjicit *Ναΐς.*" Post haec autem scripta Vir summus, ut ab amico docto accepi, αἰδὼς genuinam esse lectionem se credere profitebatur, et Euripidem hanc locutionem e scholis Philosophorum sumpsisse existimabat. Dixit autem Eubulus Athenaei XIII. p. 568. F. οἵας Ἠρίδανος ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας. unde suspicatur Blomfieldius sub voce αἰδὼς latere fluminis alicujus nomen, fortasse Λάδων. Mihi quidem retinendum videtur αἰδὼς, recte autem intellexisse puto Musgravium, qui in margine exemplaris suae Editionis

*ὅστις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει*
*τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς,*
*τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις.*

haec scripsit. „Si verum esset *Ἥως*, subjecisset, puto, Euripides non *ποταμίαισι δρόσοις*, sed *οὐρανίαισι*. Sensus videtur esse: Verecundiam idem Virtuti praestare, quod solet humor fluviatilis, ad hortos irrigandos adhibitus, herbis et seminibus teneris.“ Aliis fortasse magis arridebit prior Musgravii sententia interpretantis *αἰδὼς*, *Religio cultorum.*

78. 79. 80. Vulgo *ὅσοις διδακτὸν μηδὲν*, *κ. τ. λ.* in qua scriptura consentiunt MSS. et Editiones veteres. Haec autem cum sequentibus nullo modo cohaerere possunt: emendabat igitur Valckenaerius *ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλά γ' ἡ φύσις Τὸ σωφ. εἴ. εἰς τ. π. ὁ.* importuna particula *γ'* ad explendum 12
versum advocata: et hanc conjecturam, Viro tanto parum dignam, in textum suum recepit Brunckius. Alii alia conjecere: locum autem felicissime sanavit Porsonus, unius literae mutatione: *Ὅστις διδακτὸν μηδὲν, — Τούτοις δρέπεσθαι, κ. τ. λ.* ut *ὅστις* ad plurale *τούτοις* referatur; et similis constructionis exempla apud veteres complura in nota MSta indicavit. „*Confer Sophocl. Antig.* 718, 720. *Eur. Androm.* 180. *Aristoph. Ran.* 714. *Eur. Hec.* 359, 360. *Poet. apud Plutarch.* II. p. 33. *E. Eur. Electr.* 938, 939. *Aristoph. Eccles.* 683. 684. (*Eustath.* p. 415.) *Sophocl. Aj.* 769. *Electr.* 1538-9. *Hel.* 951. *ubi παιδὶ vulgo, sed omnes Stobaei editiones* LXXXVII. p. 500. (89. p. 36. *ed. Grot.*) *παισί*. *Med.* 223. 224. *Dict. fragm.* 13. *Tibull.* I. 6. 39.“ R. P. [Vulgatam scripturam defendit Reisigius Conject. I. p. 154. *ED. LIPS.*] Horum locorum quaedam in gratiam lectoris exscribam. Soph. Ant. *Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ, Ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν, Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.* Electr. *Χρῆν δ' εὐθὺς εἶναι τήνδε τοῖς πᾶσιν δίκην Ὅστις πέρα πράσσειν γε τῶν νόμων θέλει, Κτείνειν.* Eur. Med. 221. ed. Pors. *Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστιν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, Ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς, Στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἠδικημένος.* Horum exemplorum nonnulla protulit Eustathius p. 315, 3=314, 13. conferens Homer. Iliad. *Γ.* 279. *Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.* Locum ex Eustathio integrum apposuit Gaisfordius ad Andr. 180. Hunc Graecismum usurpavit Tibullus I. 6. 39. *Tunc procul absitis, quisquis colit arte capillos, Effluit effuso cui toga laxa sinu.* Ceterum de sententia loci Valckenaerius — „Respicit in his nostris Euripides quaestionem, istac aetate jam agitatam in scholis Sophistarum, *περὶ ἀρετῆς, εἰ διδακτόν*· quam tractarunt in Menone Plato, Aeschines Socr.

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG

*ἀλλ᾽, ὦ φίλη δέσποινα, χρυσέας κόμης*
*ἀνάδημα δέξαι χειρὸς εὐσεβοῦς ἄπο.*
*μόνῳ γάρ ἐστι τοῦτ᾽ ἐμοὶ βροτῶν γέρας·*
*σοὶ καὶ ξύνειμι, καὶ λόγοις ἀμείβομαι,*
*κλύων μὲν αὐδὴν, ὄμμα δ᾽ οὐχ ὁρῶν τὸ σόν.*
*τέλος δὲ κάμψαιμ᾽, ὥσπερ ἠρξάμην, βίου.*

Dial. I. Auctor διαλεξέων Doricarum de Virtut. et Vitiis Diss. V. Plutarchus scripto libello docuit ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή. Egregie Quinctilian. Instit. Orat. XII. c. 2. init. *Virtus, etiamsi quosdam impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est.* paucis dixerat idem, Pindarum secutus, Horatius Carm. IV. 4. 33. *Doctrina sed vim promovet insitam.*" Addo, monente Viro docto, locum Xenophontis de Venatione xiii. 4. Ἐγὼ δὲ ἰδιώτης μέν εἰμι, οἶδα δὲ ὅτι κράτιστον μέν ἐστι παρὰ αὐτῆς τῆς φύσεως τὸ ἀγαθὸν διδάσκεσθαι.

Conferendus est locus Baccharum 314. Οὐχ ὁ Διόνυσος ὡς φρονεῖν ἀναγκάσει Γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ᾽ εἰ τῇ φύσει Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ᾽ ἀεὶ, Τοῦτο σκοπεῖν χρή. Hos versus dedi, quomodo egregie corrigebat Porsonus; vulgo
13 enim legebatur Οὐχ ὁ Δ. μὴ σωφρονεῖν, et ἐν τῇ φύσει. MSS. omittunt μή.

79. Sic plerique Codices. ὁμοῦ D. Vulgata lectio εἰς τὰ πάντ᾽ ἀεὶ loco e Bacchis citato debetur.

80. Pro varia lectione ἕπεσθαι in margine habet B.

81. χρυσέᾳ κόμῃ maluit Valckenaerius: immerito. Noster Elect. 887. Δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ἀναδήματα. ubi pro ἀναδήματα, quod metrum corrumpit, ἀγάλματα reponi voluit Burneius (*Monthly Review, Jan.* 1799. p. 97.) quam Viri docti conjecturam suffuratus est Fiorillus in Annotationibus in Herodem Atticum p. 128. Sed rectius, ut opinor, ἀνδήματα legit Blomfieldius ad Aesch. Theb. 740.

83. Vulgo γέρας βροτῶν. sed alterum ordinem exhibent Fl. et *X. Π.* 2585. quem, ut concinniorem, cum Brunckio praetuli.

84. Sic Lasc. Ald. et MSS. καὶ λόγοις σ᾽ ἀμείβομαι edidit Brunckius monente Valckenaerio; sed rectius abest σ᾽. Confer Hec. 1186. Πρὸς τόνδε δ᾽ εἶμι, καὶ λόγοις ἀμείψομαι. Citat Valck. Xenoph. de Venatione i. 11. Ἱππόλυτος δὲ ὑπὸ μὲν τῆς Ἀρτέμιδος ἐτιμᾶτο καὶ ἐν λόγοις ἦν, σωφροσύνῃ δὲ καὶ ὁσιότητι μακαρισθεὶς ἐτελεύτησε.

85. αὐδῆς Ald. cum Codicibus quibusdam. Alii et Lasc. αὐδὴν, quod nuperi editores, monente Musgravio, receperunt.

86. ηὐξάμην Flor. et *X. Π.* 2593. Alibi occurrunt κάμ-

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ἄναξ, (θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεὼν,)
ἆρ᾽ ἄν τι μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ;

ΙΠ. καὶ κάρτα γ᾽· ἦ γὰρ οὐ σοφοὶ φαινοίμεθ᾽ ἄν.

ΘΕ. οἶσθ᾽ οὖν βροτοῖσιν ὃς καθέστηκεν νόμος;

ΙΠ. οὐκ οἶδα· τοῦ δὲ καί μ᾽ ἀνιστορεῖς πέρι;

ΘΕ. μισεῖν τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον.

ΙΠ. ὀρθῶς γε· τίς δ᾽ οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν;

ΘΕ. ἐν δ᾽ εὐπροσηγόροισιν ἔστι τις χάρις;

πτειν βίον, et κάμπτειν τέλος βίου, metaphora sumpta ab agitatione curruum circa metam. Soph. Oed. C. 91. Ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον. Noster Hel. 1686. Ὅταν δὲ κάμψῃς καὶ τελευτήσῃς βίον. Electr. 960. πρὶν ἂν πέλας Γραμμῆς ἵκηται, καὶ τέλος κάμψῃ βίου.

87. Recte interpretatur Musgravius, *Rex, nam Dominus quidem nemo praeter Deos vocandus est.* Affert Valckenaerius ad illustranda senis ministri verba Xenophont. Cyrop. III. p. 178, 37. οὐδένα ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε. 14
Sensus loci mire fefellit Eustathium, qui hunc versum laudat ad Iliad. *Α*. p. 21, 18=16, 34. et ad Iliad. *Γ*. p. 423, 15 =321, 15.

89. φανοίμεθ᾽ ἂν habet Barnesii editio, vitio typographico.

91. Sensus est, *Ignoro, sed dic praeterea de quo me interrogas.* Porsonus ad Phoeniss. 1373. alia loca Tragicorum protulit, in quibus copula καὶ interrogativis τίς, πῶς, ποῖ, ποῦ, ποῖος postponitur; ut infra 1166. Πῶς καὶ διώλετ᾽ εἰπέ. Male igitur Valckenaerius sustulit distinctionem post οἶδα· pessime Brunckius edidit Οὐκ οἶδα τοῦ μ᾽ ἀνιστορεῖς νόμου πέρι, pedibus tertio et quarto in eadem voce conclusis: versus enim tam immodulatus Atheniensi tragico non erat obtrudendus.

92. Exponit Suidas diversos sensus vocis σεμνὸς hic et infr. 98. Σεμνόν· ἐπὶ τοῦ ἀξιωματικοῦ λέγουσι· ἔσθ᾽ ὅτε δὲ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφάνου τιθέασι· Εὐριπίδης Μηδείᾳ (217) οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν Σεμνοὺς γεγῶτας. καὶ ἐν Ἱππολύτῳ· (92). καὶ ἔνδοξον· Εὐριπίδης Ἱππολύτῳ· Πῶς οὖν σὺ σεμνὸν δαίμον᾽ οὐ προσεννέπεις;

94. Vocem εὐπροσήγορος exponit Valcken. per Latinam *affabilis*, citans Cic. Offic II. 14. *Difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis.* Legitur Alcest. 791 εὐπροσηγόρῳ φρενί. Suppl. 871. εὐπροσήγορον στόμα.

ΙΠ. πλείστη γε, καὶ κέρδος γε σὺν μόχθῳ βραχεῖ.
ΘΕ. ἦ κἀν θεοῖσι ταὐτὸν ἐλπίζεις τόδε;
ΙΠ. εἴπερ γε θνητοὶ θεῶν νόμοισι χρώμεθα.
ΘΕ. πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμον' οὐ προσεννέπεις;
ΙΠ. τίν'; εὐλαβοῦ δὲ, μή τι σὸν σφαλῇ στόμα.
ΘΕ. τήνδ', ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις.
ΙΠ. πρόσωθεν αὐτὴν ἁγνὸς ὢν ἀσπάζομαι.

95. *πλείστη τε* ediderunt Valck. et Brunck. e Flor. male; postulatur enim altera particula: neque repetita *γε* cuiquam displicere debet, cum propriam vim utrobique servat. Vertas, *Imo maxima, quin et lucrum cum labore exiguo.* Equidem olim conjiciebam *καὶ κέρδος τι:* mox conjecturam istam inutilem judicavi; quod nunc moneo, cum eandem lectionem aliis quoque placuisse intelligam. Legit doctissimus Jacobus Tate, *καὶ κέρδος δὲ σὺν μ. β.* fortasse recte.

15 96. *ἐλπίζεις.* Schol. *ὑπονοεῖς.*

97. Eurip. Fragm. Incert. 186. *Πῶς οὖν τάδ' εἰσορῶντες, ἢ θεῶν γένος Εἶναι λέγωμεν, ἢ νόμοισι χρώμεθα;*

98. *σεμνὴν σὺ* Lasc. *σεμνὸν* Flor. et Suidas in voce. Photius vero, a quo verba supra citata sumpsit Suidas, recte habet *σεμνήν.*

99. *μή τι σου* Lasc. *σφάλλῃ* Flor. Omnino assentior Musgravio, suspicanti Furias innui, quae *κατ' ἐξοχὴν* dictae sunt *σεμναὶ θεαί.* Photius Lex. *Σεμναὶ θεαί. κατ' εὐφημισμὸν, αἱ Ἐριννύες· ὥσπερ αἱ αὐταὶ καὶ Εὐμενίδες ἐκαλοῦντο.* similia habent Hesychius et alii Grammatici. Huc igitur respicit Hippolyti monitio; nam Furias nominare nefas habebatur. Vid. Orest. 37. et 402. *ΟΡ. Ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας. ΜΕ. Οἶδ' ἃς ἔλεξας, ὀνομάσαι δ' οὐ βούλομαι. ΟΡ. Σεμναὶ γάρ· εὐπαίδευτα δ' ἀποτρέπει λέγειν.*

100. *πύλῃσι* Lasc. Verum in his terminationibus parum sibi constant libri, ut ad eorum auctoritatem in talibus vix provocemus. Res quidem ad liquidum perduci non potest: vulgares autem formas in Euripide semper retinere malui.

101. Porsonus ad Med. 139. V. „Plutarch. T. II. p. 777, 8. *ὡς τὴν Ἀφροδίτην ὁ Ἱππόλυτος ἄπωθεν ἁγνὸς ὢν ἀσπάζεται.* Versus est Euripidis Hippotyti 102 (ed. Musg.) unde saltem variam lectionem lucramur, *ἄπωθεν* pro *πρόσωθεν.* At hoc, inquies, leve est. Leve sane est, sed hoc ipsum oculos effugit Valckenaerii, *nostrum melioris utroque.* Nihil contemnendum est, neque in bello, neque in re critica.“ Contra *πρόσωθεν*, ut videtur, Themist. XVI. p. 211. B. Plato de Rep. VI. p. 499. A. quod ipse Porsonus in nota MSta monuit.

ΘΕ. σεμνή γε μέντοι, κἀπίσημος ἐν βροτοῖς.
ΙΠ. ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κἀνθρώπων μέλει.
ΘΕ. εὐδαιμονοίης, νοῦν ἔχων ὅσον σε δεῖ.
ΙΠ. οὐδείς μ᾽ ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν.
ΘΕ. τιμαῖσιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆσθαι χρεών.
ΙΠ. χωρεῖτ᾽ ὀπαδοὶ, καὶ παρελθόντες δόμους,
σίτων μέλεσθε· τερπνὸν ἐκ κυναγίας
τράπεζα πλήρης· καὶ καταψήχειν χρεὼν
ἵππους, ὅπως ἂν ἅρμασι ζεύξας ὕπο,
βορᾶς κορεσθεὶς, γυμνάσω τὰ πρόσφορα.
τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ᾽ ἐγὼ χαίρειν λέγω.

103. μέλοι Eustathius, qui hunc versum citat ad Iliad. *B*. p. 245, 15=185, 43. monens eum expressum esse ab Homerico Ἄλλος δ᾽ ἄλλῳ ἔρεζε θεῶν αἰειγενετάων, Il. *B*. 400.

104. ὅσον γ᾽ ἔδει Flor. οἷόν σε δεῖ Wakefieldius in margine editionis Musgravianae.

105. θαυμάζειν est *colere* vel *honorare*. ut in Fragmento Euripidis Aeoli apud Stobaeum XCI. p. 507, 31. et Athenaeum IV. p. 159. D. Μὴ Πλοῦτον εἴπῃς· οὐχὶ θαυμάζω θεὸν, Ὃν χὼ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο. et in aliis locis apud Valckenaerium. Imitati sunt Latini: Virgil. Georg. IV. 215. *illum admirantur, et omnes Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes.* Horat. Carm. IV. xiv. 42. *te profugus Scythes Miratur, O tutela praesens Italiae, dominaeque Romae.*

106. τιμαῖσιν intelligit Valckenaerius de partibus, quas administrandas singuli Divi sortiti erant: et sententiam suam subtili eruditione, ut solet, defendit. Sed fallitur, ut opinor, Vir doctissimus. Τιμαὶ δαιμόνων sunt *honores Divis debiti*, ut in Herc. F. 854. θεῶν ἀνέστησεν μόνος Τιμὰς, πιτνούσας ἀνοσίων ἀνδρῶν ὕπο.

108. ἕλεσθε Fl. τερπνῶν Lasc.

109. καταψήχειν Gloss. ψηκτρίζειν. Est quidem *strigilibus abstergere*, ut exposuit Piersonus Verisim. p. 133. conferens hujus fabulae v. 1169. Ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας.

111. Xenoph. Anabas. I. ii. 7. ὁπότε γυμνάσαι βούλοιτο ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἵππους.

112. Eadem phrasis infra 1062. Hesychius πολλὰ χαίρειν φράσας exponit per ἀποταξάμενος, Suidas per ἀποταξάμενος, ἀπογνούς. Aesch. Ag. 583. Καὶ πολλὰ χαίρειν ξυμφοραῖς καταξιῶ. Arist. Acharn. 200. Χαίρειν κελεύων πολλὰ τοὺς Ἀχαρνέας. Loca, quae sequuntur, notavit eruditissimus Blomfieldius: „Nossis Epigr. X. p. 90. Wolf. χαίροις πολλὰ, μάκαιρα γύ-

ΘΕ. ἡμεῖς δὲ, τοὺς νέους γὰρ οὐ μιμητέον,
φρονοῦντες οὕτως, ὡς πρέπει δούλοις λέγειν,
προσευξόμεσθα τοῖσι σοῖς ἀγάλμασι,
δέσποινα Κύπρι· χρὴ δὲ συγγνώμην ἔχειν,
εἴ τις σ', ὑφ' ἥβης σπλάγχνον ἔντονον φέρων,

ναι. Diphilus Athenaei IV. p. 157. A. οὗτος ἱερὸς ἀνθίας,
17 Ὃς πολλὰ χαίρειν ταῖς κίχλαις ἤδη λέγει. ubi legendum τὰς κίχλας. Rufinus in Anthol. VII. 136. Ῥουφῖνος τῇ 'μῇ γλυκερωτάτῃ ἐλπίδι πολλὰ Χαίρειν. Incertus ibid. 173. ἐῤῥῶσθαι μυρία σ' εὐχόμενος."

114. In hoc versu nuperi editores fere omnes haeserunt. Emendabat Musgravius Φρονοῦντας οὐ τώς, ὡς πρέπει δ. λ. contra sensum loci, et Tragicorum consuetudinem: vox enim τὼς senariis ignota est. Miror Valckenaerio placuisse conjecturam amici Musgravii, legentis, Φρονοῦντας οὕτως, ὡς π. δ. λ. Brunckii et Jacobsii conjecturas cum lectore communicare nolo. Si quid mutandum, mallem cum Reiskio legere Φρονοῦντες οὕτως, ὡς πρέπει δούλοις φρονεῖν, quod Euripideo loquendi modo magis consentaneum esset. Fragm. Alexandrae apud Stobaeum LX. p. 385, 50. Δούλου φρονοῦντος μᾶλλον ἢ φρονεῖν χρεών. Bacch. 1123. οὐ φρονοῦσ' ἃ χρὴ φρονεῖν. Nec tamen ea conjectura adeo certa est, ut in textum recipere ausim, et vulgatam lectionem, in qua consentiunt MSS. et Edd. veteres, fortasse defendet versus Orest. 246. Καὶ μὴ μόνον λέγ', ἀλλὰ καὶ φρόνει τάδε.

115. Ita cum Valckenaerio et Brunckio e duobus MSS. edidi. Ceteri cum Lasc. Ald. προσευχόμεσθα.

116. δεῖ σε συγγνώμην ἔχειν X. Π. 1042. qui quatuor versus 115-8. adhibet. Mavult Valkenaerius σ' post συγγνώμην inserere, frustra. Locutio συγγνώμην ἔχειν duplicem habet significationem, *veniam dare*, et *excusationem habere, i. e. veniam mereri*: in priore tamen, quae et hic obtinet, longe frequentius adhibetur. Suppl. 252. Ἥμαρτεν· ἐν νέοισι δ' ἀνθρώπων τόδε Ἔνεστι· συγγνώμην δὲ τῷδ' ἔχειν χρεών. Orest. 653. Soph. Elect. 400. Contra in altero sensu occurrit Phoen. 1009. Soph. Trach. 328.

117. εἴ τις σ' A. Flor. et sic Musgr. Brunck. recte. βάζειν cum duplici accusativo jungitur etiam in Rheso 721. Omittunt σ' B. P. et X. Π. 1043. Male revocavit Valckenaerius εἴ τις γ', quod habent Lasc. et Ald. scilicet otiosae particulae γε saepius patrocinatur Vir summus. Deinde ἔντονον Lasc. Ald. In prima editione dederam cum MSS. εὔτονον, quod in suo quoque exemplari invenit X. Π. Sed recte monuit Censor eruditus (*Quar-*

μάταια βάζει· μὴ δόκει τούτων κλύειν·
σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς.

ΧΟΡΟΣ.

ὠκεανοῦ τις ὕδωρ στά- στρ. ά.
ζουσα πέτρα λέγεται βαπ-
τὰν κάλπισι ῥυτὰν
παγὰν προϊεῖσα κρημνῶν·
ὅθι μοί τις ἦν φίλα
φάρεα πορφύρεα

*terly Rev.* vol. viii. p. 220.) εὔτονος esse *robustus*, ἔντονος autem *violens*; citans Sophocl. apud Plutarch. p. 145. οἱ μαργῶντες ἐν- 18
τονώτατοι. Plat. Theaetet. 23. p. 150. ed. Fisch. οἱ ἔντονοι καὶ δριμεῖς.

118. τούτων *X. Π.* et Lasc. cum MSS. quibusdam; et hoc praetulit Valckenaerius. Ceteri cum Aldo τούτου.

119. χρὴ pro δεῖ habet MS. Parisiensis apud Valck. Sed hae voces saepissime permutantur. Similis est sententia Bacch. 1348. Ὀργὰς πρέπει θεοὺς οὐχ ὁμοιοῦσθαι βροτοῖς.

120. Recte interpretari videtur Valckenaerius, *mari vicina rupes, aquam stillans*. Talem fuisse prope Troezena rupem, testis est Dionysodorus in Libro de Fluminibus apud Scholiastam. Hanc interpretationem firmat etiam Epigramma Crinagorae a Blomfieldio indicatum, Anthol. I. 36. 1. Λῶπος ἀποκλύζουσα παρὰ κροκάλῃσι θαλάσσης Χερνῆτις, δειροῦ τυτθὸν ὕπερθε πάγου, κ. τ. λ. Musgravius vero secutus est errorem Eustathii ad Il. *B*. p. 355, 16=267, 28. intelligentis Ὠκεανοῦ ὕδωρ de aqua fontana.

122. βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν, „laticem tam copiosum, ut urnis aquam haurire potuerint ὑδροφόροι Troezeniae" Valck. Hesychius, hunc locum respiciens, exponit βαπτάν. ἀντλουμένην (i. e. *quae hauritur*.) Callimachus in Lavacrum Palladis 45. Σάμερον ὑδροφόροι μὴ βάπτετε, nempe τὰς κάλπιδας.

124. τόθι D. E. Lasc. Ceteri Codd. cum Aldo ὅθι, quae forma Poetica pro οὗ in Tragicis Choris alibi occurrit.

125. πορφύρεα φάρεα MSS. et Edd. Vocum ordinem immutavi, ut hic versus cum Antistrophico 135. melius congrueret. Idem fecit Hermannus de Metris p. 444. φάρος quidem apud Tragicos penultimam plerumque corripit: producit autem in senariis (ut apud Homerum semper) Aesch. Choeph. 9. et in ejusdem Salaminiis, apud Herodiani Librum MS. περὶ διχρόνων. (Vide Brunckii Lexicon Sophocleum voce φᾶρος) Ἐμοὶ γένοιτο φᾶρος ἶσον 19
οὐρανῷ. φάρεα Dactylus est in Nostri Iphig. Taur. 1157. In

ποταμίᾳ δρόσῳ
τέγγουσα, θερμᾶς δ' ἐπὶ νῶτα πέτρας
εὐαλίου κατέβαλλ'· ὅθεν μοι
πρῶτα φάτις ἦλθε δεσποίνας,
τειρομέναν νοσερᾷ κοί- ἀντ. ά.
τᾳ δέμας ἐντὸς ἔχειν οἴ-
κων, λεπτὰ δὲ φάρη
ξανθὰν κεφαλὰν σκιάζειν.
τριτάταν δέ νιν κλύω

Orest. 1434. Φάρεα πορφύρεα versum integrum Dactylicum efficit.

126. δρόσος simpliciter *aquam* significat hic et supra 77. Andr. 167. Iph. A. 182. Helen. 1400. Ion. 97. Aristoph. Ran. 1339. Κάλπισί τ' ἐκ ποταμῶν δρόσον ἄρατε. Horat. Carm. III. 4. 61. *Qui* RORE *puro* CASTALIAE *lavit Crines solutos.*

127. θερμοῦ Fl.

128. κατέβαλεν Lasc. Ald. κατέβαλ' Codd. A. Fl. Edidi κατέβαλλ', tum ob metrum, tum ob sententiam; tempus enim imperfectum postulatur. Male igitur Brunckius secutus est Musgravium conjicientem κατέβαλ'· ἔνθεν ἁμῖν, ne sic quidem restituto metro. Pejus autem rem gessit Hermannus, qui primum, in Libro de Metris p. 444. retinenda esse vulgata judicavit, postea vero, in Libro de Emendanda Grammatica, p. 36, nova et inaudita Euripidi e conjectura donanda censuit, εὐάλι' αὔδασε βαλοῦσ'· ὅθεν μοι. Vir doctus (*Quart. Rev.* vol. viii. p. 228.) legere vult τᾶς εὐείλου pro εὐαλίου.

129. πρῶτον Schol. πρῶτα Lasc. δέσποιναν vulgo. Sed δεσποίνας, quod exhibet A. et fortasse alii, elegantius est, et ob sedem in fine Strophae praeferendum videtur. Subauditur ἀμφὶ vel περί.

131. Duo MSS. habent ἔντοσθεν. οἴκων omittit Fl.

132. φάρη A. quod recepit Brunckius. Vulgo φάρεα contra metrum.

134. Sensus est, *Audio autem eam tertium hunc diem in pulchrum os cibum non accipere.* Habet quidem Euripides Orest. 41. Ὧν οὔτε σῖτα διὰ δέρης ἐδέξατο: hic autem pro οὐ δέχεσθαι σῖτα dixit magis poetice ἴσχειν δέμας ἁγνὸν Δάματρος ἀκτᾶς, 20 quomodo infra 1007. λέχους ἁγνὸν δέμας. Mirabere Valckenaerium periphrasin ἀμβροσίου στόματος δέμας excogitasse, et mox probasse infelicem Reiskii conjecturam τάνδ' ἑκὰς ἀμβροσίου. Eustathius ad Il. Δ. p. 438, 23 = 333, 12. hunc locum respiciens, docuit pulchra quaevis ἀμβρόσια dici, ut λόγος ἀμβρό-

τάνδε κατ' ἀμβροσίου
στόματος ἀμέραν
Δάματρος ἀκτᾶς δέμας ἁγνὸν ἴσχειν,
κρυπτῷ πάθει θανάτου θέλουσαν
κέλσαι ποτὶ τέρμα δύστανον.
σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα, στρ. β'.
εἴτ' ἐκ Πανὸς, εἴθ' Ἑκάτας,
ἢ σεμνῶν Κορυβάντων,
ἢ ματρὸς οὐρείας φοιταλέου.
σὺ δ' ἀμφὶ τὰν πολύθηρον
Δίκτυνναν ἀπλακίαις

σιος, νὺξ ἀμβροσίη, ἀμβρόσιαι χαῖται, καὶ ἀμβρόσιον στόμα. Ceterum Homericam locutionem *Δ. ἀ.*, quae fluxit ab Iliad. *N.* 322. Ὅς θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτὴν, sumpsit etiam Euripides apud Athenaeum IV. p. 158. E.

138. Vulgo κρυπτῷ τε πένθει. Sed A. Fl. et Lasc. omittunt copulam, quae ut sententiae noxia ejicienda erat: et delevit profecto Brunckius, qui de hoc versu egit ad Aesch. Pers. 35. Sed si legas κρυπτῷ πένθει, metrum cum antistrophico nullo modo congruere potest. Fallitur enim siquis cum Brunckio credit εὐαλίου in vocem trisyllabam contrahi, per synaloepham scilicet, qualis apud Atticos nulla est. Haec verba exponit Scholiasta per ἐπ' ἀδήλῳ συμφορᾷ, unde colligo invenisse eum κρυπτῷ πάθει, quod et metrum restituit, et ad sensum melius est. Et sic quidem conjecisse video G. Burges. ad Troad. Praef. xii. etsi aliis rationibus adductum.

140. Pro σὺ γὰρ Brunckius nulla auctoritate edidit ἆρά γ' nimis de metro sollicitus; vox enim σὺ et hic et infra 144, quod praetervidit ille, longae ἢ in Antistrophicis respondet, brevi syllaba per emphasin quandam, ut opinor, sustentata. σύ γ' ἄρ' conjectura est in Exercit. Academ. Luzac. p. 9. Confer Med. 1163. *Καί τις γεραιὰ προσπόλων, δόξασά που Ἢ Πανὸς ὀργὰς, ἢ τινὸς θεῶν μολεῖν, Ἀνωλόλυξε.* ubi Schol. *Πανὸς ὀργάς. τὰ πανικὰ δείματα.* Huic Strophae haud absimilia sunt quae de Ajace conjicit Chorus in Sophoclis Aj. 172.

142. Conf. Horat. Carm. I. xvi. 5.

145. *Δίκτυνναν* Lasc. ἀμπλακίαις habent Editiones omnes: 21
sed voces ἀπλακεῖν, ἀπλακία, ἀπλάκημα semper in Tragicis omissa μ scribendas esse vel ex eo constat, quod multa sunt loca in quibus hanc scripturam metrum flagitet, nullum ubi respuat. Et profecto versus nonnullos, qui ob has formas neglectas, vitio laborabant, jam correxerunt Viri docti. Vim autem harum vo-

ἀνίερος ἀθύτων πελάνων τρύχει·
φοιτᾷ γὰρ καὶ διὰ λίμνας,
χέρσον θ᾽ ὕπερ, πελάγους
δίναισιν νοτίας ἅλμας.

cum recte cepit Blomfieldius ad Aesch. Prom. 112. „Ἀπλάκημα videtur formatum esse a πλάζω *errare facio*, α praefixo πλεοναστικῶς, vel κατ᾽ ἐπίτασιν; ut στάχυς, ἄσταχυς; βληχρὸς, ἀβληχρός; μέλγω, ἀμέλγω; et similia. Lex. MS. apud Herman. de Emend. Gr. Gram. p. 18. Ἀπλάκημα· ἁμάρτημα· ἐκ τοῦ πλέκω, πλάκω, πλάκημα.“ Videtur Dictynna Diana fuisse Cretensibus. Aristoph. Ran. 1359. Δίκτυννα παῖς Ἄρτεμις καλά. Vid. infra v. 1127. Narrat vero Diodorus Sic. IV. 76. p. 392, 42. Britomartin cognomen Δίκτυνναν ex eo habuisse, quod retia venatoria invenit: fuisse autem Dianae familiarem; unde nonnullos eandem esse Dictynnam et Dianam putasse: sacrificiis autem et templis apud Cretenses cultam esse. Aliam historiam, cujus meminit quoque Diodorus, secutus est Callimachus in Hymn. ad Dian. 190. ubi plura collegit Spanhemius.

146. Edidit Brunckius ἀνιέροις et in Antistrophico 156. λιμένα τόνδ᾽, Heathio et Musgravio obsecutus, contra omnium librorum auctoritatem. Versus est anapaesticus dimeter, proceleusmaticum habens in prima sede. θυσίαι quidem ἄθυτοι vocabantur, quae vel ob mala auspicia, vel ob aliam causam non poterant rite sacrificari. Vertendum igitur, *Tu vero ex delictis circa venatricem Dictynnam admissis, ob liba scilicet non rite facta impietatis crimine laborans, conficere.* (Quae sequuntur, ex Addendis huc relata sunt.) Si ita vertendum sit, genitivus πελάνων pendet ab adjectivo ἀνίερος, et conferenda sunt notissima illa, Phoen. 334. Ἄπεπλος φαρέων λευκῶν. Electr. 312. Ἀνέορτος ἱερῶν. Soph. Oed. T. 191. ἄχαλκος ἀσπίδων. Electr. 36. Ἄσκευον αὐτὸν ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ. Aj. 321. ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων. Ego vero, re magis perpensa, diversam esse nostri versus rationem puto. πελάνων regi videtur a verbo τρύχει. Monuit Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 68. τρύχεσθαι eandem constructionem habere, quam ἀπολαύειν, sensu penitus di-
22 verso. Edidit igitur in Acharnensium loco Καὶ δῆτ᾽ ἐτρυχόμεσθα τῶν Καϋστρίων Πεδίων ὁδοιπλανοῦντες, ἐσκηνημένοι. conferens Pac. 989. Ἡμῖν οἳ σοῦ τρυχόμεθ᾽ ἤδη Τρία καὶ δέκ᾽ ἔτη. et Nostri Helen. 1301. emendavit Σὺ δ᾽, ὦ τάλαινα, μὴ ᾽πὶ τοῖς ἀνηνύτοις Τρῦχου σὺ σαυτῆς, ubi vulgo σαυτήν.

147–8–9. Hujus loci impedita constructio editores summis molestiis affecit. Etsi χέρσον exhibent omnes MSS. cum Lasc. et Ald. Valckenaerius edidit χέρσου, e Scaligeri, ut videtur, con-

ἢ πόσιν, τὸν Ἐρεχθειδᾶν ἀντ. β'.
ἀρχαγὸν, τὸν εὐπατρίδαν,
πημαίνει τις ἐν οἴκοις,
κρυπτᾷ γε κοίτᾳ τῶν σῶν λεχέων.
ἢ ναυβάτας τις ἔπλευσεν
Κρήτας ἔξορμος ἀνὴρ
λιμένα τὸν εὐξεινότατον ναύταις,
φάμαν πέμπων βασιλείᾳ·
λύπᾳ δ' ὑπὲρ παθέων
εὐναίᾳ δέδεται ψυχά.
φιλεῖ δὲ τᾷ δυστρόπῳ γυναικῶν ἐπῳδός.

jectura. Delevi equidem distinctionem post χέρσον, et post ὕπερ posui; deinde δίναισι νοτίας Ald. δίναισιν νοτίαις Lasc. δίναις ἐν νοτίαις A. B. D. teste Musgravio: at δίναις ἐν νοτίαις exhibet A. juxta Hemsterhusii collationem. δίναις δ' ἴν' ἐννοτίαις Fl. δίναις τ' ἐν νοτίαις conj. Wakefield. Si scripturam quam praetuli probabis, vertas, *Vadit enim etiam per mare, ultraque terram, pelagi vorticibus humidi sali.* Nimirum Dictynna, Dea Cretam incolens, ad sacra sua vindicanda mare transire potuit. Λίμνη autem simpliciter pro *mari* adhibetur quoque Nostro infra 741. Hecub. 450. Troad. 446. Praeivit Homerus Odyss. Γ. 1. Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην.

152. πημαίνει Lasc. Ald. et Codd. Scholiasta habet βουκολεῖ, ἐξαπατᾷ. unde collegit Canterus Euripidem dedisse ποιμαίνει, quod amplectuntur Musgravius, Valckenaerius, et Brunckius; sed unicus locus a Valck. adductus, ubi ποιμαίνειν sensu *fallendi* adhiberi videtur, est Theocriti Idyll. XI. 80. Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα Μουσίσδων. qui cum nostro minime conferendus erat. In his versibus explicandis discrepant interpretes: alii ad Thesei, alii ad Phaedrae zelotypiam respicere putant; horum equidem sententiae accedo; fateor tamen verbis nonnihil difficultatis inesse. Cum Musgravio autem censeo λεχέων regi a κρυπτᾷ, tanquam esset κρύφα τῶν σῶν λεχέων, quomodo in Aeschyli Supplic. 303. Καὶ κρυπτά γ' Ἥρας ταῦτα παλλακισμάτων. Mallem vero κρυπτά γε κοίτα τῶν σ. λ. Flor. et Lasc. habent κρυπτᾷ κοίτᾳ λεχέων σῶν, repugnante metro.

154. Comparat Valckenaerius Nostri Helenam 1211. ἢ φά- 23
τιν τιν' οἴκοθεν κλύουσα, λύπῃ σὰς διέφθαρσαι φρένας;

159. Utrumque εὐναία et εὐναίᾳ agnoscunt Scholia. δέδεσαι pro varia lectione A. ψυχάν D. et B. pro var. lect. et sic Brunck. In hujus versus scriptione Valckenaerium secutus sum.

160. δυστρόφῳ P. et Lasc. Edidit Valck. δυστρόπων, et

ἁρμονίᾳ κακὰ δύσ-
τανος ἀμαχανία ξυνοικεῖν,
ὠδίνων τε καὶ ἀφροσύνας·
δι' ἐμᾶς ᾖξέν ποτε νηδύος ἅδ' αὔρα,
τὰν δ' εὔλοχον οὐρανίαν
τόξων μεδέουσαν
Ἄρτεμιν ἄϋτουν,
καί μοι πολυζήλωτος ἀεὶ
ξὺν θεοῖσι φοιτᾷ.

ἀλλ' ἥδε τροφὸς γεραιὰ πρὸ θυρῶν

mox e Codice κακᾷ, quibus nihil frigidius esse potest. Quin et eadem epitheta conjungit Sophocles Trach. 110. κακὰν Δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν. Ceterum δυστρόπῳ γυναικῶν ἁρμονίᾳ reddas *perverso mulierum temperamento.*

163. Per ἀφροσύνας denotat Poeta illam mentis depravationem, quam in morbis quibusdam foeminarum non raro accidere testatur Musgravius. Aliam lectionem δυσφροσύνας memorat Schol.

164. ἤϊξε vulgo. ἤϊξεν Lasc. Legendum esse ᾖξεν ob metrum monuit Porsonus ad Med. 76. in Addendis.

165. Horat. Carm. III. 22. 2. *Montium custos nemorumque, Virgo, Quae laborantes utero puellas Ter vocata audis, adimisque leto.* In Callimachi Epigr. LVII. Εἰλείθυια vocatur εὔλοχος. λοχία est epitheton Dianae in Nostri Suppl. 960. Iph. Taur. 1104.

24 167. Sic Lasc. Ald. et omnes, ut videtur, Codd. praeter A. qui inverso ordine habet ἄϋτευν Ἄρτεμιν, unde vocem Ἄρτεμιν, tanquam meram glossam, ejiciendam esse putavit Valck. et ejecit Brunckius; perperam, ut opinor. Pro ἄϋτευν, communem formam ἄϋτουν, nunc demum reposui.

168. πολυζήλωτος *multum expetenda*, vel, ut interpretari malim, *multum beata.* Hoc compositum non alibi inveni. Extat alia forma πολύζηλος Soph. Oed. Tyr. 382. Trach. 185. Aristophanes in Equit. 1329. ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι ex Poeta quodam proculdubio sumpsit.

169. σὺν θεοῖς ἐφοίτα edidit Brunckius, immerito offensus temporum mutatione, quam ne sic quidem evitare potuit.

170. Mediam syllabam corripit γεραιά, quod non alibi factum esse memini, in Iambicis, Trochaicis, vel Anapaesticis legitimis, praeterquam in Herc. F. 447. et Hec. 274. Καὶ τῆσδε γεραιᾶς, προσπιτνῶν, παρηΐδος. ubi Porsonus ad Valckenaerii sententiam edidit γραίας. Leguntur quidem versus anapaestici Hec. 64. Γεραιᾶς χειρὸς προσλαζύμεναι. et Med. 133. Οὐδέ πω

τήνδε κομίζουσ' ἔξω μελάθρων·
στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὔξάνεται.
τί ποτ' ἐστὶ, μαθεῖν ἔραται ψυχὴ,
  τί δεδήληται
 δέμας ἀλλόχροον βασιλείας.

ΤΡΟΦΟΣ.

ὦ κακὰ θνητῶν, στυγεραί τε νόσοι·
τί σ' ἐγὼ δράσω; τί δὲ μὴ δράσω;
τόδε σοι φέγγος λαμπρὸν, ὅδ' αἰθήρ·
ἔξω δὲ δόμων ἤδη νοσερᾶς
  δέμνια κοίτης·
δεῦρο γὰρ ἐλθεῖν πᾶν ἔπος ἦν σοι·
τάχα δ' εἰς θαλάμους σπεύσεις τὸ πάλιν.

ἤπιος· ἀλλ' ὦ γεραιά. sed uterque in anomalo systemate. In Choricis similem licentiam adhibuit Euripides Phoen. 1302. ubi δειλαίας secunda brevi occurrit; et Aeschylus Suppl. 381. ubi ἱκταῖον. Alia hujusmodi notavit Gaisfordius ad Hephaestion. p. 216. Ceterum eodem modo supprimitur Verbum in Soph. Antig. 562. Καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη Φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη. Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ κ. τ. λ. quem locum Euripidis menti obversatum fuisse credibile est. Vide etiam Antig. 626. Aesch. Theb. 368.

172. αὔξεται Ald. Aesch. Sept. Theb. 234. χαλεπᾶς δύας ὕπερθ' ὀμμάτων Κρημναμέναν νεφέλαν ὀρθοῖ, ubi cum Burneio malim Κρημνάμενον νέφος, ut metra cum Strophicis congruant. Horat. Epist. I. 18. 94. *Deme supercilio nubem.*

173. ἔραται. ἐπιθυμεῖ. Hesych. sic infra 219. 225. 235.

175. Alia forma ἀλλόχρως extat in Phoen. 138. Androm. 880. 25

176. Totam hanc scenam, usque ad v. 266. juxta Porsoni recensionem edidi. Lectionum autem Viro summo probatarum indicium debeo amico meo perdocto P. P. Dobree, quocum eas ipse Porsonus quondam communicaverat.

178. τί δέ σοι φ. Fl. λαμπρὸς A. Hoc edidit Brunckius. Mirum est utrumque placuisse Valckenaerio.

180. κοίτης A. Vulgo κοίτας.

182. Dicitur τὸ πάλιν, non minus recte quam τοὔμπαλιν, et τὸ δεῦρο Phoen. 324. In Arist. Thesmoph. 283. legendum δεῦρο τὸ πάλιν οἴκαδε, ut emendavit Porsonus in Nota MSta: omittebatur enim articulus ante Brunckium, qui imperite καὶ infersit. Neque rectius Valck. in nostro versu malebat σπεύσεις γε πάλιν.

ταχὺ γὰρ σφάλλει, κοὐδενὶ χαίρεις·
οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν, τὸ δ' ἀπὸν
φίλτερον ἡγεῖ.
κρεῖσσον δὲ νοσεῖν, ἢ θεραπεύειν·
τὸ μέν ἐστιν ἁπλοῦν, τῷ δὲ συνάπτει
λύπη τε φρενῶν, χεροῖν τε πόνος.
πᾶς δ' ὀδυνηρὸς βίος ἀνθρώπων,
κοὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις.
ἀλλ', ὅ τι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο,
σκότος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις.

183. σφάλλει. Gloss. μεταβάλλει. σφάλῃ Lasc.

184. οὐδὲν ἀρέσκει σοι τὸ π. Flor. Lasc. male. ἀρέσκειν apud Atticos vel cum Dativo vel cum Accusativo adhibetur: hanc vero propriam esse Atticorum structuram statuunt Gregor. Corinth. p. 27. Moeris p. 175. ἤρεσέ με, Ἀττικῶς· ἤρεσέ μοι, Ἑλληνικῶς καὶ κοινῶς. Vid. Toupium in Suid. Tom. I. p. 82. et Porsonum in Append. Tom. IV. p. 440. Utriusque constructionis exempla in Tragicis obvia. Supra 105. Οὐδείς μ' ἀρέσκει νυκτὶ θαυμαστὸς θεῶν. Fragm. Eur. Alcmenae apud Stobaeum LX. p. 384, 16. Ἀεὶ δ' ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι· ταῦτα γὰρ Δούλοις
26 ἄριστα. Ceterum conf. Orest. 226. Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες ἀπορίας ὕπο. Ante Valckenaerium legebatur τόδ' ἀπόν.

187. συνάπτει *conjungit sese*, subaudito pronomine, ut ξυνῆψα in Phoen. 714. Heracl. 811. Aesch. Pers. 888. Τήνῳ τε συνάπτουσ' Ἄνδρος ἀγχιγείτων.

188. χειροῖν certissima est Porsoni emendatio. Vulgo legitur χερσίν, quod similitudine literarum a χεροῖν mutatum esse arbitror.

191. Sic Lasc. ἄλλο τι Ald. Scholiasta Arist. Ran. 1114. citat ἀλλ' ὅτε τούτου φ. ἄ. Brunckius edidit Ἄλλο τι τοῦ ζῆν φίλτερον, ἀλλ' ὁ Σκότος ἀ. κ. ν. frigide sane. Docet Scholiasta Aristoph. (Ran. 1114) locum Euripidis Phryxi, Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν, a Comico rideri.

192. ἀμπίσχον Lasc. Ald. cum Codd. quibusdam et Aristophanis Scholiasta. Sed praestat ἀμπίσχων quod exhibent A. D. Fl. nam σκότος in masculino genere magis Atticum est, monente post alios Porsono ad Hecub. 825. De hac re egerunt Eustath. ad Odyss. Λ. p. 452, 50. Aelius Dionysius apud Eustath. ad Odyss. Α. p. 19, 39. Athenaeus XI. p. 498. A. Moeris et Thomas Mag. v. σκότος. Male igitur Valckenaerius ἀμπίσχον edidit, pejus autem fecit, quod Reiskii conjecturam νεφέλας probaverit.

*δυσέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες*
*τοῦδ', ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ γῆν,*
*δι' ἀπειροσύνην ἄλλου βιότου,*
*κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαίας·*
*μύθοις δ' ἄλλως φερόμεσθα.*

*ΦΑΙΔΡΑ.*

*αἴρετέ μου δέμας· ὀρθοῦτε κάρα.*
*λέλυμαι μελέων ξύνδεσμα, φίλαι.*

193. δυσέρως *perdite amans.* Exponit Hemsterhusius ad Lucian. Timon. Tom. I. p. 139, 42. „δυσέρως, qui modum amori statuere non potest, sed ejus violentia se totum abripi patitur.“ Vox in Theocrito frequens est; sed eam non alibi apud Tragicos invenisse memini. Versus 193-4-5. citat Plutarchus in Erotic. Tom. II. p. 764. E. et duos priores Contra Epicur. Tom. II. p. 1105. B. indicante Valckenaerio. Pro δὴ legitur in altero loco δὲ, in altero γάρ. Similem sententiam habet Euripides apud Stobaeum CXX. p. 608, 50. *Οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου· Τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν, τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ Πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου.* Confer Shakespeare *Hamlet*, Act. III. *But that the dread of something after death — That undiscovered country, from whose bourn No traveller returns, — puzzles the will, And makes us rather bear those ills we have, Than fly to others that we know not of.*

194. τοῦδ', scilicet τοῦ ζῆν. τόδε pro τοῦτο apud Plutarch. Contra Epicur. Doricam formam γᾶν habet Cod. Parisiensis, et ἀπειροσύναν Lascaris, Aldus. Vid. Porson. ad Hec. 103. Communes equidem formas hic et alibi in legitimis anapaesticis nunc demum reposui.

196. οὐκ ἀπόδειξιν conjunctim accipiunt Viri docti, quasi esset κάλυψιν, recte; nam simili modo dixit Tragicus Hec. 12. μὴ σπάνις et Orest. 931. οὐ σπάνις pro *abundantia.* Sic quoque in Bacch. 455. *Πλόκαμός τε γάρ σου ταναὸς, οὐ πάλης ὕπο*, et 1288. *Δύστην' ἀλήθει', ὡς ἐν οὐ καιρῷ πάρει.* Hunc loquendi modum adhibuere Thucydides, Lucianus, et alii quos citavit Valcken. γαίας habent Edd. et MSS. praeter A. cujus auctoritatem temere secutus Brunckius γαῖαν edidit. Hunc versum citat Porsonus ad Hec. 149. ubi etsi τούς θ' ὑπὸ γαίας metrum flagitat, idem Brunckius e MSS. dedit γαῖαν.

197. τὸ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ. Schol.

198. ἄρατέ Ald.

199. Pro φίλαι Flor. exhibet φίλων, quod probavit Valckenaerius, credens Euripidem dixisse φίλων pro ἐμῶν, quomodo

λάβετ' εὐπήχεις χεῖρας, πρόπολοι.
βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν·
ἄφελ', ἀμπέτασον βόστρυχον ὤμοις.
ΤΡ. θάρσει, τέκνον, καὶ μὴ χαλεπῶς
μετάβαλλε δέμας.
ῥᾷον δὲ νόσον μετά θ' ἡσυχίας
καὶ γενναίου λήματος οἴσεις.
μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη.
ΦΑΙ. αἶ, αἶ. πῶς ἂν δροσερᾶς ἀπὸ κρηνῖδος
καθαρῶν ὑδάτων πῶμ' ἀρυσαίμην,

alii poetae in notis illis locutionibus φίλε θυμὲ, φίλον κέαρ: sed haec generis dissimillimi exempla cum nostro versu non erant conferenda.

200. Dixit Euripides Bacch. 1206. λευκοπήχεσι Χειρῶν ἀκμαῖσι. Duo MSS. πρόσπολοι solito errore. In Suppl. 73. (83. 28 Ed. Gaisford.) ubi metrum postulat προπόλων, male vulgatur προσπόλων. Hesychius, πρόσπολοι, πρόπολοι. θεραπαῖναι· θεράποντες· δοῦλοι. Similia habet Suidas, et Eustathius ad Il. *Γ*. p. 394, 31 = 299, 1. qui monet dici πρόπολος de maribus perinde ac foeminis, ἀμφίπολος de solis foeminis.

201. βαρύ μου Ald. sed μοι, quod restituit Canterus, habent P. Lasc. et Dionys. Hal. haec citans Περὶ Συνθέσεως p. 29, 41. Huc respexit Eustathius ad Il. *B*. p. 143, 12 = 189, 11; ad Od. *Α*. p. 1421, 18 = 61, 42, quae loca indicavit Porsonus, et ad Il. Θ. p. 700, 64 = 582, 44. κεφαλῆς γὰρ ἤτοι καρήνου κόσμος, τὸ κρήδεμνον, ὃ καὶ ἐπίκρανον κεφαλῆς ἡ τραγῳδία φησίν· ἣν ζηλοῦσι οἱ κίονος ἐπίκρανον φάμενοι. In posteriore sensu vox usurpatur Iph. Taur. 51.

202. οἴμοι Ald. Primus correxit Musgravius ὤμοις, quod habent Lasc. et MSS. idque in suo exemplari legerat Tragicus Latinus, qui haec exprimere conatus est; vid. Senec. Hipp. 394.

205. Sic Lasc. et MSS. μεθ' ἡσυχίας Ald. et Stobaeus, qui hos versus habet CVI. p. 568, 30. Correxit Grotius e MS. Stobaei.

208. ἒ. ἒ. vulgo. αἶ. αἶ restituit Brunckius ex A. Flor. Hae exclamationes extra versum habendae sunt, ut in Med. 144. *Πῶς ἂν*, *utinam*, hic et infra 345. qua significatione in omnibus fere Euripidis fabulis invenitur: apud ceteros Tragicos multo rarius. Occurrit tamen in Sophoclis Oed. Tyr. 765. Aj. 388. quae loca effugerant Valckenaerium, et Philoct. 794.

209. Vulgo πόμ': sed audiamus Porsonum. — „*Lege cum Marklando*, καθαρῶν ὑδάτων ΠΩΜ' ἀρυσαίμαν; *quidquid dis-*

*ὑπό τ᾽ αἰγείροις, ἔν τε κομήτῃ*
*λειμῶνι κλιθεῖσ᾽ ἀναπαυσαίμην;*
ΤΡ. *ὦ παῖ, τί θροεῖς;*
*οὐ μὴ παρ᾽ ὄχλῳ τάδε γηρύσει,*

*putant Heathius et Musgravius de dubia τοῦ ἀρυσαίμαν quantitate. Neque Aldi auctoritas quidquam momenti habet. Ille enim infra* 229 (227) *dederat planissime contra metrum*, Κλιτὺς, ὅθεν σοι ΠΟΜΑ γένοιτ᾽ ἄν. *Vid. Iph. Taur.* 959. *Cycl.* 123. 139. 141. 29
173. (192) 415. 419. 452. 571. 677. *Ion.* 1053. 1214. 1218. 1231. 1235. *fragm. apud Aul. Gell.* VII. 16. *quod corruptum extat apud Plutarch.* II. p. 1044. F. 36. F. *in quibus omnibus locis πόμα metrum corrumperet. Nihil igitur dubium restare possit, quin scribi debeat in Bacch.* 279. *Βότρυος ὑγρὸν ΠΩΜ᾽. et in Hec.* 392. (396) *Καὶ δὶς τόσον ΠΩΜ᾽. Alexis apud Athen.* I. 22. p. 28. E. *Λεσβίου δὲ πώματος (vulg. πόματος) Οὐκ ἔστιν ἄλλος οἶνος ἡδίων πιεῖν. ἐσχάτως ἀπολοίμην pro ἔσχατος ἀπ. in Schol. ad Soph. Oed. T.* 677. *Vocales ο et ω saepe permutantur: ut apud Nonnum in Gregor. Nazianzen. Stelit.* I. p. 136. *ed. Eton. pro χαρίσομαι legendum χαρίσωμαι. Longus Past.* II. *p.* 61. I. 2. *ed. Villoison. Τρίτος δὴ γέρων οὗτος (lege οὕτως, ut supra,* I. 8. *οὕτως εὐσχημόνως ὠρχήσατο) εὐδοκιμήσας ἐπ᾽ ὀρχήσει, φιλεῖ Χλοὴν καὶ Δάφνιν.* p. 33. I. 18. *ἀφίησι φωνὴν, οἷαν οὔτε χελιδὼν, οὔτε ἀηδὼν, οὔτε κύκνος, ὅμοιος ἐμοὶ γέρων γενόμενος. Frustra cl. Editor, ὅμοιον. quod nimis poeticum est: legendum ὁμοίως quod cum dativo construitur cum alibi, tum Eurip. Alcest.* 1019. (1017.) *Erecth. apud Lycurg.* p. 219. *Aristoph. Lysist.* 557. *Demosthen. de Coron.* p. 582. *Longin. π. ὑ.* §. 10. *Procop. Hist. Acharn.* 7. *Suid. v. ἀργόν. Hierocl.* p. 206. *ed. Needham. Eustath. in Homer. Odyss. A.* 107. p. 1397. l. 34. *ed. Rom.*" R. P. *ἀρυσαίμην* fluxit ab Attica forma *ἀρύτειν*, cujus penultima corripitur. vid. Porson. ad Phoen. 463. *ἀρυσάμενος· ἀντλήσας.* Hesych.

210. Hunc versum respexit Eustathius ad Il. *B.* p. 308, 33= 233, 28. *κόμας δὲ λέγειν δένδρων τὰ φύλλα· ὅθεν καὶ Κομήτης λειμὼν παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ· καὶ κομᾷν, τὸ ἐν αὐτοῖς θάλλειν.* Citat Valck. Sophoclis Ant. 419. *πᾶσαν αἰκίζων φόβην Ὕλης πεδιάδος.* Callimach. Hymn. in Dian. 41. *ὄρος κεκομημένον ὕλῃ.* Imitati sunt Latini: Virgilius Georg. IV. 122. *sera comantem Narcissum.* 137. *Ille comam mollis jam tondebat hyacinthi.* Horatius, *Et spissae nemorum comae.* Hujusmodi vero exempla passim obvia sunt.

213. Haud absimilis est versus Supplicum 1069. *Ὦ θύγατερ, οὐ μὴ μῦθον εἰς πολλοὺς ἐρεῖς;* ut e correctione Porsoni legendus est; vulgo enim *ἐπὶ πολλούς.* De vocibus *οὐ μὴ* cum futuro indicativi, vel cum aoristo secundo subjunctivi constructis 30

*μανίας ἔποχον ῥίπτουσα λόγον;*
ΦΑΙ. *πέμπετέ μ' εἰς ὄρος· εἶμι πρὸς ὕλην,*
*καὶ παρὰ πεύκας,*
*ἵνα θηροφόνοι στείβουσι κύνες,*
*βαλιαῖς ἐλάφοις ἐγχριμπτομένη.*

vid. Dawes. Misc. Crit. p. 221. Nos vero in hoc loco distinguendo sequimur judicium Viri doctissimi (*Quart. Rev.* vol. vii. p. 458.) qui accurate disseruit de syntaxi istarum particularum, statuens *οὐ μὴ*, quoties cum futuro, sensu prohibendi, conjungantur, interrogationi inservire: ad verbum scilicet, *οὐ μὴ τάδε γηρύσει; Will you not not utter these things?* quod idem valet ac *μὴ εἴπῃς.*

214. Hanc locutionem exponit Eustathius ad Il. *B.* p. 210, 43 = 159, 42. agens de Homerico *κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν.* Il. *B.* 234. (*ἐπιβάσκω*) *ἤγουν ἐπιβαίνειν ποιῶ κακῶν, ἢ τοιούτων τινῶν. Ἐντεῦθεν καὶ Μανίας ἔποχος λόγος παρ' Εὐριπίδῃ, ὁ μανικός.* Comparat Musgravius Soph. Oed. C. 188. *εὐσεβίας Ἐπιβαίνοντες*, id est *εὐσεβοῦντες.*

215. Hos versus, ob eximiam venustatem celeberrimos, imitati sunt Latini, Ovid. Epist. Her. IV. 41. *In nemus ire libet, pressisque in retia cervis, Hortari celeres per juga summa canes; Aut tremulum excusso jaculum vibrare lacerto; Aut in graminea ponere corpus humo.* Tibull. IV. 3. 11. *Sed tamen ut tecum liceat, Cerinthe, vagari, Ipsa ego per montes retia torta feram; Ipsa ego velocis quaeram vestigia cervae, Et demam celeri ferrea vincla cani.* Ad quem locum plura congessit Heynius. Addas Virg. Eclog. X. 55.

216. Aristoph. Vesp. 748. *Μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ· Κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν, Ἵν' ὁ κῆρυξ φησὶ, κ. τ. λ.* ubi adscribit Scholiasta, *ἐξ Εὐριπίδου Ἱππολύτου.* unde conjiciebat Porsonus versum *Κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν*, post hunc nostrum esse inserendum. Credibile est ea in priore Hippolyti Editione scripsisse Euripidem. Valckenaerius autem putavit olim fuisse lecta post v. 229. quod mihi quidem minus verisimile videtur.

218. *βαλειαῖς* Lasc. Vulgo editum erat *ἐγχριπτόμεναι.* Marklandus autem monuit corrigendum esse *ἐγχριπτομένα*, ex Plutarcho, qui Tom. II. p. 52. B. haec ita adhibuit, *Πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι, Βαλιαῖς ἐλάφοις ἐγχριπτόμενος.* et similiter Tom. II. p. 959. B. Hinc quoque censuit ille ordinem horum versuum mutandum esse: quod tamen contra omnium librorum auctoritatem nolim factum, et potius crediderim memoriae vitio lapsum fuisse Plutarchum. Valcken. et Brunck. edidere *ἐγχριμπτομένα*, sed plene distinxere post *κύνες*, commate tantum post *ἐγχ.*

31

πρὸς θεῶν, ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι,
καὶ παρὰ χαίτην ξανθὴν ῥίψαι
Θεσσαλὸν ὅρπακ'
ἐπίλογχον ἔχουσ' ἐν χειρὶ βέλος.

posito: male, ut opinor. Ceterum βαλιὰν ἔλαφον est in Hec. 90. ubi explicat Paraphrastes βαλιάν. κατάστικτον· ταχεῖαν. similia habent Hesychius, Suidas, Etymologus M. et Eustathius ad Il. *Π.* p. 1051, 17=1065, 17. versum Hecubae respicientes. Vid. Kusterum et Albertium ad Hesych. et Abreschium in Miscell. Observ. V. 3. p. 80. Vox in sensu velocitatis adhibetur in Anapaestico apud Suid. v. βαλιάν. Λήγετε πνοιαὶ βαλιῶν ἀνέμων. Observat Eustathius loc. cit. hoc adjectivum barytonum esse, ad differentiam nominis equi Achillis Βαλίος Il. *Π.* 149. Dixit Euripides in Iphig. Aul. 221. πώλους—λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς. Auctor Rhesi 356. βαλιαῖσι πώλοις. Ceterum de scriptura vocis χρίμπτω videndus est Ruhnkenius ad Timaeum p. 106.

219. „κυνὶ *Eustath. ad Il. Ξ.* p. 989, 56=982, 52.“ R. P. Mendose citat θωΰξας Schol. ad Theocr. Idyll. *Α.* 78. Hunc versum ridere videtur Aristophanes in Anagyro apud Athenaeum IV. 4. p. 133. B. a Porsono emendatus, Πρὸς θεῶν ἔραμαι τέττιγα φαγεῖν. vulgo ἐρᾷς.

220-1-2. Hos versus ita exponit Scholiasta; οἱ μὲν ἀκοντίζοντες τὴν χεῖρα ἄνω πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀνατείνουσι· τὸ δὲ σίδηρον τοῦ ἀκοντίου πρὸς τὸν κρίκον τοῖς δυσὶ δακτύλοις τοῖς μέσοις κατέχοντες, οὕτω ῥίπτουσιν. Phrasin ῥίψαι παρὰ χαίτην illustrat Valckenaerius, allato Virgilio Aen. IX. 417. *idem Ecce aliud summa telum vibrabat ab aure*: constat enim morem fuisse Graecis a capite jaculari. Erunt fortasse qui haec verba de comis Phaedrae vento diffundendis malint intelligere, ut in Iphig. Aul. 757. Κασάνδραν ἵν' ἀκούω Ῥίπτειν ξανθοὺς πλοκάμους. Bacch. 150. τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτουσ'. Sed vereor ut compositum παραῤῥίπτειν in similem usum adhiberi possit. Mox vero ὅρπακ' pessime cepit Valck. post Musgravium, quasi esset ὅρπακι. vocalis enim in fine Dativi singularis perraro eliditur (sexies tantum, si recte recordatus sum, in omnibus Tragicorum reliquiis) et talis verborum constructio venustam hujus loci facilitatem plane tolleret. Praeterea Θεσσαλὸν ὅρπακα plene dedit Aldus, quem in his versibus dividendis secutus sum. Hesychius, ὅρπηξ· ὀρθὸς κλάδος. Thessala hastilia memorantur etiam in Bacchis 1205. Οὐκ ἀγκυλωτοῖς Θεσσαλῶν στοχάσμασιν. Est autem ἐπίλογχον βέλος *praefixum cuspide telum.* In A. leguntur ξανθὴν et ὅρπηκ'. ἐπίλοχον Lasc.

ΤΡ. τί ποτ', ὦ τέκνον, τάδε κηραίνεις;
τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτη;
τί δὲ κρηναίων νασμῶν ἔρασαι;
πάρα γὰρ δροσερὰ πύργοις ξυνεχὴς
κλιτὺς, ὅθεν σοι πῶμα γένοιτ' ἄν.
ΦΑΙ. δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι Λίμνης,
καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων,
εἴθε γενοίμην ἐν σοῖς δαπέδοις,
πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένη.

32 223. Soph. Trach. 29. *Κείνου προκηραίνουσα.* ad quem locum Scholiasta citat, *καὶ Εὐριπίδης· Τί ποτ' ὦ τέκνα τάδε κηραίνετε;* quae verba Barnesius, nobilissimae hujus scenae, quam ediderat ipse, oblitus, in Fragmenta Incerta relegavit.

224. Verte *Quid est, cur venationum tibi quoque cura sit?* Versus sic restitutus Porsono debetur; vulgo enim editum erat *μελέτης*. Brunckius e cod. A. recepit *μελέτη*. unde constructionem qualemcunque effingere frustra laborat Valckenaerius. Reiskius signum interrogationis post *τί* posuit. Musgravius pro *καὶ* maluit *δαὶ*, vocem Tragicis haud usitatam. Vid. Porson. ad Med. 1008.

227. *κλιτὺς* apud Tragicos, ubicunque ante vocalem occurrit, ultimam syllabam corripit. Vide Bacch. 409. Soph. Trach. 271. Antig. 1144. Erravit igitur Valckenaerius, cum *ὅθι* pro *ὅθεν*, contra codicum et editionum consensum, Heathio obsecutus edidit. Vocem exponit Hesychius, *Κλιτὺς, καὶ κλιτύες. τὰ ἀποκλίματα τῶν ὀρέων, ἢ τὰ καταφερῆ τῶν ὑδάτων.* lege *κατωφερῆ*. Pariter Etymol. M. v. *κλειτὺς*, Scholiasta ad Hom. Il. *Π.* 390. Od. *Ε.* 470. et alii Grammatici. Apud Homerum *κλιτὺν* ultimam producit, quod Valckenaerio fraudi fuisse videtur.

228. *δέσποινα δίας* Ald. *δέσποιν' ἀδίας* Lasc. Reiskius primus correxit *ἁλίας*, et sic MSS. quidam. Limna, locus littori proximus, ubi sita erant gymnasia, memoratur etiam infr. 1129. *Τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον.* ad quem versum Scholiasta, a Valckenaerio emendatus, *Λίμνη, τόπος Τροιζῆνος ἔνθεν Λιμνῆτις Ἄρτεμις καλεῖται.*

229. Gymnasia equestria vocat *ἱππόκροτα δάπεδα* Noster Helen. 210.

230. Diana appellatur *Λατοῖς ἱπποσόα θυγάτηρ*, apud Pindarum Olymp. III. 47.

231. De equis Venetis loquitur Phaedra, quos in solennibus
33 Graecorum ludis celeberrimos fuisse constat. Hesych. *Ἐνετίδας, πώλους στεφανηφόρους, ἀπὸ τῆς περὶ τὴν Ἀδρίαν Ἐνετίδος· διαφέρουσι γὰρ ἐκεῖ.* Anachronismi igitur Euripides insimulatur in Scholio quod sumpsit Eustathius ad Il. *Β.* p. 361, 21 = 273,

*ΤΡ.* τί τόδ' αὖ παράφρων ἔῤῥιψας ἔπος;
νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας
πόθον ἐστέλλου· νῦν δ' αὖ ψαμάθοις
ἐπ' ἀκυμάντοις πώλων ἔρασαι.

37. quod hos equos heroicis temporibus tribuerit. Veneti enim, Paphlagoniae gens (Vid. Hom. Il. *B.* 851.) non nisi post excisam Trojam in Adriae finibus, duce Antenore, consedisse perhibentur. Historiae meminerunt Livius I. 1. Virgil. Aen. I. 242. De voce δαμαλιζομένα optime disseruit Valckenaerius: „Ex duobus Codd. et prima Ed. recte Musgravius, pro δαμαζομένα, restituit δαμαλιζομένα. Formae sunt veteres et legitimae, tametsi non inveniantur in Lexicis, ab inusitatis δάμαλος, ἅρπαλος, πύκταλος, ductae, δαμαλίζειν, ἁρπαλίζειν, πυκταλίζειν. Euripideam dabit Pindarus *Πυθ.* V. 163. XI. 38. ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν. Ἁρπαλίζειν Aeschylus Theb. 248. Eumen. 986. Anacreontis est, ὡς μὴ Πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω. ex Epitome Athenaei in Casaub. Anim. p. 782. l. 8. hinc apud Eustath. in Il. *Ψ.* p. 1444, 19."

232. πάραφρον vulgo: quod, licet planissime contra metrum, edidit Valckenaerius; mox tamen in notis amplexus est πάραφρόν γ'. „*Corrigendum* τί τόδ' αὖ παράφρων. *vide Sophocl. Philoct.* 833. *Male Musgravius Valckenaerium γ' infercientem sequitur.* παράφρων *recte proposuerat editione prima.*" R. P. Subauditur οὖσα. Locus Philoctetis (815. ed. Brunck.) est, Τί παραφρονεῖς αὖ; τί τὸν ἄνω λεύσσεις κύκλον;

233. Suidas et Photius hunc locum citant v. νῦν δὴ, exponentes, ἀρτίως, ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν. Phot. ὅροις, corrupte.

234. πόθεν Fl. Phot. Piersoni conjecturam μόχθον pro πόθον, metro quantumvis reclamante, probare potuit Valckenaerius. νῦν δὲ ψαμάθοισιν ἀκυμ. Suid. et Phot.

235. ἀκύμαντος, *fluctibus multum percussus.* ψαμάθοις ἐπ' ἀκυμάντοις idem fere significat ac infra 1168. ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας. Litera α potestatem ἐπιτατικὴν habet, ut in locutionibus ἀξύλῳ ὕλῃ Hom. Iliad. *Λ.* 135. ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον, et pluribus aliis apud Valckenaerium ad Theocriti Adoniaz. p. 214. Et sic profecto nostrum vocabulum intellexit Valck. Pari sensu accipiendum videtur ἀκύματος in versu Euripidis apud Valcken. ad Phoen. 216. Ἀκύματος δὲ πορθμὸς ἐν φρίκῃ γελᾷ. (Confer Aesch. Prom. 89. ποντίων τε κυμάτων Ἀνήριθμον γέλασμα.) Apud serioris aevi scriptores ἀκύμαντος erat *Non agitatus fluctibus*; ut in Lucian. Dial. Marin. V. Tom. I. p. 300, 92. Et profecto pariter in nostro loco vertendum esse arbitratur Blomfieldius; a cujus sententia equidem invitus discedo; sed enim patet ex v. 228. et infra v. 1124. equestre stadium, de quo loquitur Nutrix, mari vicinum esse.

τάδε μαντείας ἄξια πολλῆς,
ὅστις σε θεῶν ἀνασειράζει,
καὶ παρακόπτει φρένας, ὦ παῖ.
ΦΑΙ. δύστηνος ἐγὼ, τί ποτ' εἰργασάμην;
ποῖ παρεπλάγχθην γνώμης ἀγαθῆς;
ἐμάνην, ἔπεσον δαίμονος ἄτῃ.
φεῦ, φεῦ, τλήμων.
μαῖα, πάλιν μου κρύψον κεφαλήν·
αἰδούμεθα γὰρ τὰ λελεγμένα μοι·
κρύπτε· κατ' ὄσσων δάκρυ μοι βαίνει,
καὶ ἐπ' αἰσχύνην ὄμμα τέτραπται.
τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμην, ὀδυνᾷ·

237. ὥς τις Ald. Reiskius correxit ὅστις, quod ex E. P. et Lasc. receperunt nuperi Editores. ἀνασειράζω· ἀναχαλινῶ. Suid. id est, *fraeno retraho*. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ταῖς σειραῖς παρακρουομένων ἵππων, καὶ τοῦ εὐθέος δρόμου παρεκβαλλομένων. Schol. Hunc versum respexit Hesychius v. ἀνασειράζει.

238. παρακόπτει φρένας *delirare facit*. Non raro quidem παρακόπτειν, perinde ac παραπαίειν, significat *delirare*: sed nescio an alibi verbum activo sensu, ut hic, adhibeatur. Hinc tamen παράκοποι φρενῶν *insanientes*, Bacch. 33. et simpliciter παράκοπος *amens*, Bacch. 1000. Aesch. Prom. 601. ad quem locum Blomfieldius existimat vocabulum proprie de citharoedo usurpatum esse contra tempus pulsante.

243. Perperam vulgo μαία. Accentum restituit Brunckius e Cod. A. μαῖα dicebant veteres de *avia*, et *obstetrice*, et *nutrice*. De ultimo sensu, qui et frequentior est, et ex Odyssea notissimus, Hesychius ait, προσφώνησις πρὸς πρεσβῦτιν τιμητικὴ, ἀντὶ τοῦ, ὦ τροφέ.

244. Cod. Fl. omittit μοι, et mox habet δάκρυα.

246. αἰσχήνην Lasc.

35 247. Eandem sententiam plenius habet Sophocles Aj. 259. *Καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει· Τὸ γὰρ ἐσλεύσσειν οἰκεῖα πάθη, Μηδένος ἄλλου διαπράξαντος, Μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει.* ubi Brunckius laudat locum nostro simillimum Euripidis Antiopae apud Stobaeum XCVII. p. 538, 28. *Φρονῶ δ' ἃ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν· Τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ Νοσοῦντα· κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.* Verbum ὀδυνᾷν, etiamsi apud Tragicos non alibi reperiatur, indubiae fidei est. ὀδυνᾷ· λυπεῖ, καταπονεῖ, Hesychius, huc, ut videtur, respiciens. Achilles Tatius I. p. 23. τὰ τῆς ψυχῆς τραύματα μᾶλλον ὀδυνᾷ. alia hujus verbi exempla collegit Valck. Frustra igitur emendavit Mus-

τὸ δὲ μαινόμενον, κακόν· ἀλλὰ κρατεῖ
μὴ γιγνώσκοντ᾽ ἀπολέσθαι.

ΤΡ. κρύπτω· τὸ δ᾽ ἐμὸν πότε δὴ θάνατος
σῶμα καλύψει;
πολλὰ διδάσκει μ᾽ ὁ πολὺς βίοτος.
χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους
φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι,
καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς·
εὔλυτα δ᾽ εἶναι στέργηθρα φρενῶν,

gravius ὀδύνα. Nostrum versum citat Sophoclis Scholiasta Aj. 259.

248. κρατεῖ, κρεῖσσόν ἐστι. Schol. Vertas cum Valckenaerio, *Insanire vero malum quidem; sed praestat sine sensu malorum perire.*

252. π. δ. γάρ μ᾽ ὁ πολὺς βίος Ald. Bentleius in Dissert. de Phalar. Epist. p. 102. correxit π. δ. μ᾽ ὁ πολὺς βίοτος, quod extat in Codicibus A. B. D. Fl. π. δὲ διδάσκει μ᾽ ὁ πολὺς βίος Lasc.

253—259. Hos versus ad Latinum sermonem redactos usibus suis accommodavit Cicero de Amicitia XIII. 45. *Nam quibusdam, quos audio sapientes habitos in Graecia, placuisse opinor mirabilia quaedam: sed nihil est quod illi non persequantur argutius: partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus: satis superque esse suarum cuique rerum; alienis nimis implicari molestum esse: commodissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas, cum velis, vel remittas: caput enim esse ad beate vivendum, securitatem; qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus.* Suspicatur Valckenaerius Ciceronem haec, ut permulta alia, sumpsisse e Chrysippo, qui, cum Euripidis studiosissimus esset, potuerat nostros versus in Libro suo περὶ φιλίας adhibuisse. Vs. 253—257. laudat Plutarchus De Amicorum Multitudine, Tom. II. p. 95. E. unde varietates quaedam notandae sunt: μετρίαν — Φιλίαν θνατοὺς ἀντείνασθαι (ἀνατείνασθαι) et θέλγητρα pro στέργηθρα.

254. Recte se habet φιλίας ἀνακίρνασθαι. Porsonus ad Med. 138. attulit similes locutiones, Aeschyl. Choeph. 342. νεοκρᾶτα φίλον κομίσειεν. Herodot. IV. 152. φιλίαι συνεκρήθησαν. VII. 151. φιλίην συνεκεράσαντο.

255. τροπικῶς δὲ εἶπεν, ὡς ἐπὶ σώματος καὶ ὀστέου, τὸ βάθος τῆς ψυχῆς. Schol.

256. ἄλυτα Fl. mendose. στέργηθρα *amores*, quo sensu vox occurrit in Aeschyli Prom. 501. ubi tres MSS. exhibent θέλγητρα.

*ἀπό τ' ὤσασθαι, καὶ ξυντεῖναι.*
*τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν*
*ψυχὴν, χαλεπὸν βάρος, ὡς κἀγὼ*
*τῆσδ' ὑπεραλγῶ.*
*βιότου δ' ἀτρεκεῖς ἐπιτηδεύσεις*
*φασὶ σφάλλειν πλέον ἢ τέρπειν,*
*τῇ θ' ὑγιείᾳ μᾶλλον πολεμεῖν.*
*οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ*
*τοῦ μηδὲν ἄγαν,*

Choeph. 238. Eumen. 191. Apte confert Jac. Tate Soph. Aj. 678. *Ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι μὲν ἀρτίως, ὅτι Ὅ τ' ἐχθρὸς ἧμιν εἰς τοσόνδ' ἐχθραντέος, Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις· εἴς τε τὸν φίλον Τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι, Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα.* ubi legendum *ἐχθαρτέος*, scilicet ab *ἐχθαίρω*, non *ἐχθραίνω*, derivatum, patebit e Porsoni Nota ad Med. 555. Cicer. de Amic. 16. *Negabat ullam vocem inimicitiorem Amicitiae potuisse reperiri, quam ejus qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus: nec vero se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, a Biante esse dictum crederet, qui sapiens habitus est unus e septem, sed impuri cujusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam revocantis esse sententiam.*

257. Plutarchus, hunc versum exponere volens, subjecit, *καθάπερ πόδα νεὼς, ἐπιδιδόντα καὶ προσάγοντα ταῖς χρείαις τὴν φιλίαν.*

258. Noster Alcest. 886. si modo recte se habet Codicum lectio, *Μία γὰρ ψυχή· τῆσδ' ὑπεραλγεῖν Μέτριον ἄχθος.*

261. *ἀτρεκεῖς*, *ἀκριβεῖς* Schol. neque aliter Hesychius. *ἀτρεκὴς* quidem significat *vere absolutus*: unde, sensu paullum detorto, fit *nimis subtiliter elaboratus*, vel etiam *nimius*, ut hic et infra 1115. *δόξα ἀτρεκής.*

37 264. Sic Lasc. et MSS. sequentibus Valcken. et Brunck. *λίαν γ'* Ald. Credo importunam particulam a librario additam, nesciente ultimam *τοῦ λίαν* syllabam ab Atticis Poetis semper produci. Idem fieri in adverbiis *ἄγαν*, *πέραν*, *εὐὰν*, monuit Etymologus M. v. *ἄγαν*. *Τὸ λίαν* est *ὑπερβολὴ*, *exsuperantia alicujus rei*; ut in Nostri Hec. 595. *Τὸ δ' αὖ λίαν παρεῖλες, ἀγγελθεῖσά μοι Γενναῖος.* Orest. 696. *τῷ λίαν χρῆσθαι καλῶς.* Phoen. 593. *Μέθετον τὸ λίαν, μέθετον.* Fragm. Antiopae apud Stobaeum LXXI. p. 439, 53. *αἰδεῖσθαι δὲ χρὴ, Γύναι, τὸ λίαν, καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον.* Meminerint tirones vocem *λίαν* primam syllabam habere communem. Vid. Porson. Supplem. Praef. ad Hec. p. xvi.

265. Dubitatur quis sapientum auctor esset sententiae, *μηδὲν*

καὶ ξυμφήσουσι σοφοί μοι.
ΧΟ. γύναι γεραιὰ, βασιλίδος πιστὴ τροφὲ
Φαίδρας, ὁρῶ μὲν τάσδε δυστήνους τύχας,
ἄσημα δ' ἡμῖν, ἥτις ἐστὶν ἡ νόσος.
σοῦ δ' ἂν πυθέσθαι καὶ κλύειν βουλοίμεθ' ἄν.
ΤΡ. οὐκ οἶδ' ἐλέγχουσ'· οὐ γὰρ ἐννέπειν θέλει.
ΧΟ. οὐδ' ἥτις ἀρχὴ τῶνδε πημάτων ἔφυ;

ἄγαν. Palladas in Anthol. II. 48. 1. *Μηδὲν ἄγαν τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὁ σοφώτατος εἶπεν.* Alii tribuunt Chiloni, alii Sodamo, teste Scholiasta nostro, qui epigramma laudat, quod in Tegea extabat, *Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὅς μ' ἀνέθηκεν, Μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.* Observavit Dan. Heinsius in Lectt. Theocrit. cap. 20. veteres, cum proverbium incerti auctoris citarent, solere ὡς λέγουσιν οἱ σοφοὶ, vel ὡς σοφὸς εἶπεν, vel tale quiddam subjungere. Consulas Notam Blomfieldii ad Aesch. Prom. 916. qui laudat Pindarum apud Plutarch. Tom. II. p. 116. D. *Σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν περισσῶς.* Eundem versum conservavit Hephaestio de Metris, XV. 7. p. 91. ed. Gaisford.

268. ὁρῶμεν Editiones omnes. Sed cum particula μὲν sententiae pene necessaria videretur, divisim ὁρῶ μὲν scripsi. Neque quisquam huic correctioni objicere debet, quod statim sequantur pluralia ἡμῖν et βουλοίμεθα; talis enim numerorum enallage apud Tragicos frequentissima est: exempla suppeditabunt hujus dramatis vv. 6. 422. 526. 656. 686. 700. etc. Marklandus in Nota MSta conjicit τῆσδε scil. Phaedrae, citans v. 283. Exercit. Acad. Luzac. p. 8. τῆσδε δυστήνου, quod recepto deterius videtur.

269. ἄσημα hic et infra 373. vice singularis ponitur, ut 38
ξυγγνωστὰ in Hec. 1097. Phoeniss. 1008. Med. 491. 701. *Ξυγγνωστὰ μὲν γάρ ἦν σε λυπεῖσθαι, γύναι.* et alibi. Thucyd. I. 125. *εὐθὺς μὲν ἀδύνατα ἦν ἐπιχειρεῖν ἀπαρασκεύοις οὖσιν.* Hujus scribendi formae, Atticis quidem usitatissimae, reliquis autem Graeciae scriptoribus non ignotae, plurima exempla dedit Koenius ad Gregor. Corinth. p. 53. observans secutum esse Virgilium Aen. I. 667. *Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum Littora jactetur, odiis Junonis iniquae, Nota tibi.*

270. Brunckius, Reiskii conjecturam secutus, edidit *Σοῦ δ' αὖ.* Sed particula αὖ nunquam otiosa est; et rectissime duplicatur ἂν cum optativo βουλοίμεθα. Vid. infra ad v. 482. Legendum putat Censor eruditus (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 224.) *Σοῦ δ' ἐκπυθέσθαι*, observans confusa esse ἂν πύθοιο et ἐκπύθοιο in Aesch. Prom. 616.

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG

ΤΡ. εἰς ταὐτὸν ἥκεις· πάντα γὰρ σιγᾷ τάδε.
ΧΟ. ὡς ἀσθενεῖ τε, καὶ κατέξανται δέμας.
ΤΡ. πῶς δ' οὔ, τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν;
ΧΟ. πότερον ὑπ' ἄτης, ἢ θανεῖν πειρωμένη;
ΤΡ. θανεῖν· ἀσιτεῖ δ' εἰς ἀπόστασιν βίου.
ΧΟ. θαυμαστὸν εἶπας, εἰ τάδ' ἐξαρκεῖ πόσει.
ΤΡ. κρύπτει γὰρ ἥδε πῆμα, κοὔ φησιν νοσεῖν.
ΧΟ. ὁ δ' εἰς πρόσωπον οὐ τεκμαίρεται βλέπων;

273. εἰς ταὐτὸν τῆς ἀγνοίας ἐμοὶ ἥκεις Schol. Similiter exponit Valck. „*convenit inter nos, ut aeque ignorem ac tu.*" Sic Hec. 741. *Εἴ τοι με βούλει τῶνδε μηδὲν εἰδέναι, Εἰς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδ' ἐγὼ κλύειν.* Scholiasta agnoscit aliam lectionem ἥκει, quam habet D. σιγῶ Fl.

274. κατέξανται δέμας ex Euripide citat Eustathius ad Il. *B.* p. 189, 24 = 143, 23. huc respiciens.

275. Notanda est insolita locutio τριταίαν ἡμέραν pro τρίτην; cui tamen similis est in Nostri Hec. 32. *Τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος.* ad quem locum Porsonus observavit τριταίαν ἡμέραν usurpasse Arati Scholiastam ad Diosem. 57. p. 99. a. ed. Ox. Usitato more scriptum esset τριταία γ' οὖσ' ἄσιτος, omisso ἡμέραν, ut in Div. Joan. XI. 39. κύριε, ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι. Theocrit. Idyll. II. 4. *Ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τάλας οὐδέποθ' ἥκει.* Ceterum particulam γ' male omisit Brunck. membranas suas secutus.

276. ἄτη apud Tragicos dicitur de calamitate qualibet, sed
39 praesertim de ea, quae divinitus immissa sit. Exempla hujus significationis passim obvia. Pro ὑπ' ἄτης conjecit P. Victorius Var. Lect. XII. 17. ὑπ' ἄσης, Reiskius ὑπ' ἄλης; infeliciter uterque: nam vocum ἄση et ἄλη priores syllabae breves sunt. Muretus quidem (Var. Lect. X. 12.) legendum censuit ἄσης ὕπ'; sed ἄτης recte defendit Valckenaerius. Ipse tamen maluit ἢ θανεῖν π. quod sententiae minus apte, ut opinor, conveniret.

277. Musgravius, hoc responso offensus, pro θανεῖν conjicit ἄδηλ', satis audacter.

278. ἐξαρκεῖ. Glossa in Cod. Par. apud Valck. ἀρέσκει. sic infra 699. κἀξαρκοῦντά μοι, quod dicerent nostrates *and satisfactory to me.* X. *Π.* 567. pro τάδ' habet τόδ'.

280. ὅδ' Lascaris, Aldus, Musgravius, et Valckenaerius, male: particula enim adversativa δὲ requiritur. Male etiam Brunckius ὃ δ'. ὁ δὲ est *ille autem.* Articulus praepositivus ὁ, ἡ, τὸ, sequentibus μὲν, δὲ, γὰρ, vice pronominum οὗτος, et ἐκεῖνος non raro apud Tragicos usurpatur. Exempla videas in hac fabula 1173. 1218. 1239. 1302. 1305. Similis articuli

ΤΡ. ἔκδημος ὢν γὰρ τῆσδε τυγχάνει χθονός.
ΧΟ. σὺ δ᾽ οὐκ ἀνάγκην προσφέρεις, πειρωμένη
νόσον πυθέσθαι τῆσδε καὶ πλάνον φρενῶν;
ΤΡ. εἰς πάντ᾽ ἀφῖγμαι, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον.
οὐ μὴν ἀνήσω γ᾽ οὐδὲ νῦν προθυμίας,
ὡς ἂν παροῦσα καὶ σύ μοι ξυμμαρτυρῇς,
οἵα πέφυκα δυστυχοῦσι δεσπόταις.
ἄγ᾽, ὦ φίλη παῖ, τῶν πάροιθε μὲν λόγων
λαθώμεθ᾽ ἄμφω· καὶ σύ θ᾽ ἡδίων γενοῦ, ἢ

usus, etiam sine istis particulis, apud Tragicos occurrit, rarius quidem, sed in exemplis indubiae fidei. Verum ea quaestio non est hujus loci.

281. Hic versus cum praecedente citatur in Scholio ad v. 115. ubi pro ὢν γὰρ mendose legitur ὅ γε. Versus est Baccharum 215. Ἔκδημος ὢν μὲν τῆσδ᾽ ἐτύγχανον χθονός.

283. πλάνον Edd. et MSS. omnes praeter Flor. qui πλάνην. Constat utramque formam Tragicis fuisse in usu. Sed in Aeschylo semper, ni fallor, invenitur foeminina, praeterquam in Prom. 594. ubi vulgo πλάνοι; sed et ibi πλάναι e MSS. restituit Blomfieldius. Contra in Euripidis superstitibus fabulis semper legitur masculina πλάνος. Helen. 782. πόσον χρόνον Πόντου 'πὶ νώτοις ἅλιον ἐφθείρου πλάνον. Inde colligo hujus formae usum post Aeschyli tempora invaluisse. Moeris, πλάνος, Ἀττικῶς· πλάνη, Ἑλληνικῶς. Hinc citavit Eustathius ad Il. *B*. p. 335, 44=252, 43. πλάνος φρενῶν, ἡ πλάνη. Flor. inverso ordine φρενῶν πλάνον.

284. εἰς πάντ᾽ ἀφῖγμαι vulgo, ut in Soph. Oed. Tyr. 265. κἀπὶ πάντ᾽ ἀφίξομαι. εἰς πᾶν Valck. et Brunck. e quatuor MSS. Utrumque probum. Sic dicebant πᾶν δρῶν vel πάντα δρῶν eodem sensu quo haec Nutrix εἰς πάντ᾽ ἀφῖγμαι. Plato Apolog. §. 29. ὅπως ἀποφεύξεται, πᾶν ποιῶν, θάνατον. Sed Eubulus ap. Athen. III. p. 100. A. Ὑπεδησάμην, ἅπαντα δρῶν, τὰς ἐμβάδας. quae loca indicavit Blomfieldius. Deinde κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον, *nec quidquam profeci*. Similis phrasis est in Iph. A. 1383. Καὶ πλέον πράξωμεν οὐδέν. Soph. Oed. Tyr. 918. οὐδὲν εἰς πλέον ποιῶ.

288. Sic Lasc. et Codd. omnes. ἀλλ᾽, ὦ φίλη παῖ Ald. quod sumptum esse credo a versu 475. ubi recte legitur.

289. λάθωμεν Flor. Sequentia sic legit et distinguit Censor Anglus (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 228.) καὶ σύ γ᾽ ἡδίων γενοῦ, Στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα, καὶ γνώμης ὁδὸν Ἔγωγ᾽, ὅπῃ σοι μὴ καλῶς τόθ᾽ ἑσπόμην, Μεθεῖσ᾽, κ. τ. λ.

στυγνὴν ὀφρὺν λύσασα, καὶ γνώμης ὁδόν·
ἐγώ θ', ὅπῃ σοι μὴ καλῶς τόθ' εἱπόμην,
μεθεῖσ', ἐπ' ἄλλον εἶμι βελτίω λόγον.
κεἰ μὲν νοσεῖς τι τῶν ἀποῤῥήτων κακῶν,
γυναῖκες αἵδε συγκαθιστάναι νόσον.
εἰ δ' ἔκφορός σοι ξυμφορὰ πρὸς ἄρσενας,
λέγ', ὡς ἰατροῖς πρᾶγμα μηνυθῇ τόδε.
εἶεν· τί σιγᾷς; οὔ σε χρὴ σιγᾶν, τέκνον,
ἀλλ' ἤ μ' ἐλέγχειν, εἴ τι μὴ καλῶς λέγω,
ἢ τοῖσιν εὖ λεχθεῖσι συγχωρεῖν λόγοις.
φθέγξαι τι· δεῦρ' ἄθρησον. ὢ τάλαιν' ἐγώ.
γυναῖκες, ἄλλως τούσδε μοχθοῦμεν πόνους,

290. Horat. Carm. III. 29. 16. *Sollicitam explicuere frontem.*

291. Vertas, *omissis istis, in quibus te male tum sequebar*, id est, *imitabar*.

294. συγκαθιστάναι Ald. συγκαθιστάνται Lasc. et MSS. unde conjecit Musgravius in prima editione συγκαθίσταιντ' ἂν, quod cum Valckenaerio et Brunckio nos quoque in prioribus edd. recepimus. Porsonus in Suppl. Praef. Hec. p. xxxiii. hanc emendationem acutam et probabilem vocat, monens particulam ἂν saepissime in ista versus sede positam reperiri. Mihi tamen idem evenit, ac Musgravio, qui ipse postea Aldinam le-
41 ctionem retinendam judicavit allatis Homeri locis, Iliad. *I.* 684. Εἰσὶ καὶ οἵδε τάδ' εἰπέμεν. *T.* 140. Δῶρα δ' ἐγὼ ὅδε πάντα παρασχεῖν. Lasc. νόσων.

296. ἰατρῷ P.

297. εἶεν solennis exclamatio est, ubi missis iis, quae jam dicta sint, ad alia se convertit oratio. Huic respondet apud vernaculam linguam interjectio *Well!* Vide Hec. 317. Med. 387. Male igitur Brunckius contra Edd. et MSS. edidit ἔα, quae particula summam admirationem denotat. Hunc vero secutus sum reponentem οὔ σε χρὴ pro vulgato οὐκ ἐχρῆν. Similis est confusio infra 345.

298. Sic Valck. et Brunck. e duobus Codd. A. Fl. Vulgo ἦν τι.

299. Fors. leg. Ἢ τοῖσί γ' εὖ λ.

301. „*Sic Ion.* 134. *legendum est*, εὐφάμους πόνους μοχθεῖν Οὐκ ἀποκάμνω. *non* εὐφάμοις πόνοις.“ R. P. Dixit paullo aliter μόχθους ἐπόνησα infra 1366. In Flor. λόγους pro πόνους.

ἴσον δ' ἄπεσμεν τῷ πρίν· οὔτε γὰρ τότε
λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται.
ἀλλ' ἴσθι μέντοι, (πρὸς τάδ' αὐθαδεστέρα
γίγνου θαλάσσης,) εἰ θανεῖ, προδοῦσα σοὺς
παῖδας, πατρῴων μὴ μεθέξοντας δόμων,
μὰ τὴν ἄνασσαν ἱππίαν Ἀμαζόνα,

302. τῶν πρίν MSS. et Edd. omnes ante Musgravium, qui in 2da ed. dedit e Scaligeri conjectura τῷ πρίν· sed facilius permutantur τῶι et τῶν.

303. ἐθέλγεθ' Lasc. Ald. sed ἐτέγγεθ' MSS. omnes et sic Musgr. Valck. Brunck. τέγγειν proprie est *aqua adspersa mollire.* De metaphorico hujus verbi usu videnda sunt quae docte et eleganter disputavit Ruhnkenius ad Timaeum p. 248. Conferas Aesch. Prom. 1044. Τέγγει γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάσσει κέαρ Λιταῖς. Hinc quoque ἄτεγκτος *durus, qui molliri nequit:* ut in Soph. Oed. Tyr. 336. Ἀλλ' ὧδ' ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ;

304. ἴσθι — εἰ θανεῖ, προδοῦσα σοὺς Παῖδας interpretatur Valcken. *Scias te prodidisse liberos quum morieris.* Graeci saepe conjungunt verba οἶδα, γιγνώσκω, μανθάνω, αἰσθάνομαι, etc. et ex his composita, cum participiis praesentis, et perfecti et futuri, ut in notis istis Ξύνοιδα σοφὸς ὤν. Ἴσθι δύσποτμος γεγώς. Et hunc Graecismum sumpsit Virgilius Aen. II. 376. *extemplo (neque enim responsa dabantur Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.* Quin et pariter Miltonus nostras Parad. Amiss. IX. 792. Nonnunquam haec formula cum participio Aoristi invenitur; conferendi versus hujus fabulae 521. 896. Soph. Trach. 741. Τὸν ἄνδρα τὸν σὸν ἴσθι, τὸν δ' ἐμὸν λέγω Πατέρα, κατακτείνασα τῆδ' ἐν ἡμέρᾳ. Electr. 1200. Μόνος βροτῶν νυν ἴσθ' ἐποικτείρας ποτέ.

Verba π. τ. αὐ. Γ. θ. quae διὰ μέσου dicta sunt, illustrentur per similes fere sententias apud Nostrum, Med. 28. ὡς δὲ πέτρος, ἢ θαλάσσιος Κλύδων, ἀκούει νουθετουμένη φίλων. Androm. 538. Τί με προσπίπτεις ἁλίαν πέτραν, Ἢ κῦμα λιταῖς ὣς ἱκετεύων; Pari sensu intelligendus est versus Aeschyli Prom. 1037. Ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως, παρηγορῶν. Shakespeare, *Merchant of Venice,* Act. 4. Sc. 1. *You may as well go stand upon the beach, And bid the main flood bate his usual height;* etc.

307. ἱππείαν vulgo contra metrum. ἱππίαν A. et Eustath. ad Il. Z. p. 656, 23 = 521, 31. indicante Porsono; et haec quidem forma plerumque in Euripide restituenda est. Extat tamen altera infra 1352. Similiter usi sunt Tragici vocibus

ἢ σοῖς τέκνοισι δεσπότην ἐγείνατο
νόθον, φρονοῦντα γνήσι', οἶσθά νιν καλῶς,
Ἱππόλυτον. ΦΑΙ. οἴμοι. ΤΡ. θιγγάνει σέθεν
τόδε.
ΦΑΙ. ἀπώλεσάς με, μαῖα, καί σε πρὸς θεῶν
τοῦδ' ἀνδρὸς αὖθις λίσσομαι σιγᾶν πέρι.
ΤΡ. ὁρᾷς; φρονεῖς μὲν εὖ, φρονοῦσα δ', οὐ θέλεις
παῖδάς τ' ὀνῆσαι, καὶ σὸν ἐκσῶσαι βίον.
ΦΑΙ. φιλῶ τέκν'· ἄλλῃ δ' ἐν τύχῃ χειμάζομαι.
ΤΡ. ἁγνὰς μὲν, ὦ παῖ, χεῖρας αἵματος φέρεις.
ΦΑΙ. χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι.
ΤΡ. μῶν ἐξ ἐπακτοῦ πημονῆς ἐχθρῶν τινος;
ΦΑΙ. φίλος μ' ἀπόλλυσ' οὐχ ἑκοῦσαν οὐχ ἑκών.
ΤΡ. Θησεύς τιν' ἡμάρτηκεν εἴς σ' ἁμαρτίαν;
ΦΑΙ. μὴ δρῶσ' ἔγωγ' ἐκεῖνον ὀφθείην κακῶς.
ΤΡ. τί γὰρ τὸ δεινὸν τοῦθ', ὅ σ' ἐξαίρει θανεῖν;

δούλειος et δούλιος, *Βακχεῖος* et *Βάκχιος*, atque aliis ejusmodi.

312. Alio ordine habet Cod. A. τοῦδ' αὖθις ἀνδρός. *Αὖθις*, *posthac*. Hesychius, αὖθις. πάλιν, ἢ μετὰ ταῦτα. Vid. infra v. 896. et quae ibi notata sunt. Alibi dictum εἰς αὖθις.

43 315. χειμάζομαι proprie *tempestate jactor*. Usu metaphorico, ut hic, adhibetur in Suppl. 271. Ion. 985. Soph. Phil. 1460. Antig. 391. Aristoph. Ran. 361.

316. φορεῖς e duobus MSS. Brunckius, qui et in Soph. Oed. T. 1320. φορεῖν pro φέρειν edidit; utrumque male. αἱμάτων φέρεις *X. Π.* 702.

317. Orest. 1620. *ΜΕ.* Ἁγνὸς γάρ εἰμι χεῖρας. *ΟΡ.* ἀλλ' οὐ τὰς φρένας. Hic versus laudatur apud Athenaeum XII. p. 530. D. ubi μιάσματα.

318. Verte, *num e calamitate ab inimico aliquo tibi illata?* ἐπακτόν. ἔξωθεν ἐπηγμένον. Hesych. Exponit Scholiasta, ἐπακτὴ (i. ἐπακτὸς) πημονὴ, ἔξωθεν ἐπαγομένη γοητεία παρὰ τῶν ἐχθρῶν. Hunc et seq. versum inepte adhibuit Auctor *X. Π.* 706-7.

320. σ' omittit Fl.

322. ἐξαίρειν hic est *excitare, impellere*, ut in Alcest. 356. Οὔτ' ἂν φρέν' ἐξαίροιμι πρὸς Λίβυν λακεῖν Αὐλόν. qua significatione saepius dicitur ἐπαίρειν. Aristoph. Nub. 42. Ἥτις με γῆμαι 'πῆρε τὴν σὴν μητέρα. Vid. Ruhnken. ad Timaeum, p. 119.

*ΦΑΙ.* ἔα μ' ἁμαρτεῖν· οὐ γὰρ εἴς σ' ἁμαρτάνω.
*ΤΡ.* οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ', ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι.
*ΦΑΙ.* τί δρᾷς; βιάζει χειρὸς ἐξαρτωμένη.
*ΤΡ.* καὶ τῶνδε γονάτων οὐ μεθήσομαί ποτε.
*ΦΑΙ.* κάκ', ὦ τάλαινα, σοὶ, τάδ' εἰ πεύσει κακά.
*ΤΡ.* μεῖζον γὰρ ἢ σοῦ μὴ τυχεῖν, τί μοι κακόν;
ὀλεῖ. *ΦΑΙ.* τὸ μέντοι πρᾶγμ' ἐμοὶ τιμὴν φέρει.
*ΤΡ.* κἄπειτα κρύπτεις χρήσθ', ἱκνουμένης ἐμοῦ;
*ΦΑΙ.* ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν ἐσθλὰ μηχανώμεθα.

323. Corruptissime Fl. οὔ γαρ εἰσί μ' ἁμαρτεῖν.

324. Duportus, Scaliger, aliique corrigebant οὐδέ σου λελείψομαι; sed mutatione nihil opus. Sensus est, ut videtur, *Vincar igitur, si modo necesse est ut vincar, non volens, sed tua opera.* ἐν δὲ σοὶ λελ. *sed penes te est ut vincar.* Sic in Alcest. 289. Ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή. Contra Valckenaerius vertit ἐν σοὶ, *tuo judicio.*

326. Καὶ σῶν γε γονάτων vulgo. sed τῶνδε γονάτων, quod exhibent Codd. B. D. verum esse judicavit Valckenaerius, 44 et recepit Brunckius: recte. Conf. Hec. 746. ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων. Androm. 893. Ἀγαμέμνονος παῖ, πρὸς σὲ τῶνδε γουνάτων, Οἴκτειρον ἡμᾶς. Alterum e Glossa natum esse ostendit lectio Codicis apud Valck. σῶν γονάτων.

328. μὴ τυχεῖν interpretatur Scholiasta στερηθῆναι.

329. ὀλεῖ. Haec vox vulgo Phaedrae tribuitur; sed eam recte Nutrici continuavit Brunckius, monente Valckenaerio. Sic quidem convenit Phaedrae responsio, τὸ μέντοι πρᾶγμα (scil. τὸ ὀλέσθαι) ἐμοὶ τιμὴν φέρει. Ceterum ὀλεῖς, quod in nota MSta probavit Musgravius, pene adductus eram, ut in textum reciperem, et integrum versum Phaedrae tribuerem. Scilicet in hujusmodi dialogis, perrara est singularis versus divisio.

330. Sic omnes Libri praeter Parisiensem apud Valck. qui habet ἐμοὶ, mendose. Nimis licenter emendavit Brunckius ἱκνουμένην ἐμέ. Graeci quidem κρύπτειν cum duplici accusativo saepissime construunt, ut infra 918. Suppl. 306. ubi recte edidit Gaisfordius, Αἰσχρόν γ' ἔλεξας, χρήστ' ἐπικρύπτειν φίλους. Hec. 574. Κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών. Sed neque ista exempla, neque alia quae protulit Brunckius ad Aesch. Prom. 630. huic nostro prorsus similia sunt. Equidem censeo Euripidem hic praelaturum fuisse genitivum, quem vocant, absolutum, ut in Hec. 276. praetulit Ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σ', ἀπαιτούσης ἐμοῦ, Ἄκουσον. ubi, nisi quod participium adjiciendum erat, dixisset Ἃ δ' ἀντιδοῦναι δεῖ σε ἐμοί.

331. Lasc. Ald. et Codd. habent Ἐκ τῶν γὰρ ἐσθλῶν αἰ-

ΤΡ. οὔκουν λέγουσα τιμιωτέρα φανεῖ;
ΦΑΙ. ἄπελθε, πρὸς θεῶν, δεξιάν τ' ἐμὴν μέθες.
ΤΡ. οὐ δῆτ', ἐπεί μοι δῶρον οὐ δίδως ὃ χρῆν.
ΦΑΙ. δώσω· σέβας γὰρ χειρὸς αἰδοῦμαι τὸ σόν.
ΤΡ. σιγῷμ' ἂν ἤδη· σὸς γὰρ οὑντεῦθεν λόγος.
ΦΑΙ. ὦ τλῆμον, οἷον, μῆτερ, ἠράσθης ἔρον.
ΤΡ. ὃν ἔσχε ταύρου, τέκνον; ἢ τί φῂς τόδε;
ΦΑΙ. σύ τ', ὦ τάλαιν' ὅμαιμε, Διονύσου δάμαρ.
ΤΡ. τέκνον, τί πάσχεις; ξυγγόνους κακορῥοθεῖς;

σχρὰ μηχ. contra sensum. Sed αἰσχρῶν ἐσθλὰ, quod pro varia lectione suprascriptum habet MS. B. agnoscit quoque Scholiasta; et sic ediderunt Musgr. Valck. Brunck. Audacius conjecit Musgravius ἄκη γὰρ αἰσχρῶν.

332. Sic hodie scribendum censeo: vid. Soph. Aj. 79. Orest. 1236. Vulgo οὐκοῦν sine interr.

333. Sic Cod. Flor. Ante Valck. editum erat δεξιᾶς τ' 45 ἐμῆς μέθες, soloece. Statuit enim Dawesius Misc. Crit. p. 236. μεθιέναι cum accusativo, μεθίεσθαι cum genitivo ab Atticis conjunctum esse; et hanc regulam firmarunt Valcken. ad Phoen. 522. Porson. ad Med. 734.

336. Similis est versus Suppl. 110. Οἶδ'· ἀλλὰ τῶνδε μῦθος οὑντεῦθεν, τέκνον.

337. ἔρος Aeolicam esse formam pro ἔρως docent Hesychius v. ἔρον, Etymol. M. v. ἔρος. Gregorius Corinthus p. 286. Eustathius ad Il. *Α*. p. 136, 33=103, 8. Scholiasta Homeri Il. *Α*. 469. et alii Grammatici. Vid. Koen. ad Gregorium. Comparatur γέλος, quod Aeolicum est pro γέλως. Ἔρος frequens est apud Homerum, sed non nisi in nominativo vel accusativo: in Euripidis quidem senariis quinquies occurrit, in melicis, Soph. Electr. 197. Post hunc versum nota interrogationis in editionibus male ponitur: quod et infra 351. factum est. Ex his et sequentibus sumpta erant quae Ovidii Phaedra dixit, Epist. Heroid. IV. 53. *Forsitan hunc generis fato reddamus amorem; Et Venus e tota gente tributa petat. — Pasiphae mater, decepto subdita tauro, Enixa est utero crimen onusque suo. Perfidus Aegides, ducentia fila secutus, Curva meae fugit tecta sororis ope. En ego nunc, ne forte parum Minoïa credar, In socias leges ultima gentis eo.*

339. σὺ δ' Fl.

340. τί πάσχεις; interrogatio est Atticis usitata, quam plerumque interpretantur *Quid facis?* Mihi potius videtur congruere cum nostratium locutione *What ails you?*

ΦΑΙ. τρίτη δ' ἐγὼ δύστηνος ὡς ἀπόλλυμαι.
ΤΡ. ἔκ τοι πέπληγμαι. ποῖ προβήσεται λόγος;
ΦΑΙ. ἐκεῖθεν ἡμεῖς οὐ νεωστὶ δυστυχεῖς.
ΤΡ. οὐδέν τι μᾶλλον οἶδ' ἃ βούλομαι κλύειν.
ΦΑΙ. φεῦ. πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἅμὲ χρὴ λέγειν;
ΤΡ. οὐ μάντις εἰμὶ τἀφανῆ γνῶναι σαφῶς.
ΦΑΙ. τί τοῦθ', ὃ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἐρᾶν;
ΤΡ. ἥδιστον, ὦ παῖ, ταὐτὸν, ἀλγεινόν θ' ἅμα.
ΦΑΙ. ἡμεῖς ἂν εἶμεν θατέρῳ κεχρημένοι.
ΤΡ. τί φῄς; ἐρᾷς, ὦ τέκνον, ἀνθρώπων τινός;
ΦΑΙ. ὅστις ποθ' οὗτός ἐσθ' ὁ τῆς Ἀμαζόνος.
ΤΡ. Ἱππόλυτον αὐδᾷς; ΦΑΙ. σοῦ τάδ', οὐκ ἐμοῦ, κλύεις.

341. Sic in Soph. Oed. Col. 331. legendum, Ὦ τῆσδε, κἀμοῦ. ΙΣΜ. δυσμόρου δ' ἐμοῦ τρίτης. ubi δυσμόρου τ' sine auctoritate edidit Brunckius. „Malim ὧδ' ἀπόλλυμαι. Confer Soph. Ant. 919. Aj. 426. Σόλωνα pro Δόλωνα Aldus in Rhes. 525. σώματα pro δώματα Herc. 826.“ Elmsl.

343. Videtur sensus esse, *Ab ista re (amore scilicet) nos non* 46 *recenter, sed jam olim infelices sumus.* Aliter ceperunt interpretes.

344. οὐδέν τοι Flor.

345. Vulgo ἃ 'μ' ἐχρῆν, perperam. Sed ἅμὲ χρὴ servavit Aristophanes in Equit. 16. ubi hic versus Imperatori Demostheni lepide adsignatur; et sic edidit Brunckius.

346. Hec. 737. Οὔ τοι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ κλύων, Ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.

347. ἀνθρώπους ἐρᾶν pro simplici τὸ ἐρᾶν dictum esse arbitror. Vertas, *Quid est illud tandem quod vocant amare?* Recte contulit Valckenaerius Ovid. Metam. VII. 12. *mirumque, nisi hoc est, Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.* Vox autem ἀνθρώπους sine necessitate invecta Phaedrae cunctationem ac pavorem optime exprimit. Corrigere tentabat Reiskius ὃ δὴ λέγουσιν ἐν ἀνθρώποις ἐρᾶν, satis infeliciter: obsequentem tamen habuit Brunckium.

349. ἡμεῖς δ' sine causa maluit Valck. Deinde κεχρημέναι Edd. et MSS. praeter Cod. A. qui recte exhibet κεχρημένοι. Porsonus ad Hecub. 515. „Meminerint tirones Dawesiani canonis: Si mulier, de se loquens, pluralem adhibet numerum, genus etiam adhibet masculinum; si masculinum adhibet genus, numerum etiam adhibet pluralem.“

352. Vertit in sua Tragoedia Racinius, *Hippolyte? Grands Dieux!* Ph. *C'est toi qui l'as nommé.* Hunc versum respexe-

ΤΡ. οἴμοι, τί λέξεις; τέκνον, ὥς μ' ἀπώλεσας.
γυναῖκες, οὐκ ἀνασχέτ'· οὐκ ἀνέξομαι
ζῶσ'· ἐχθρὸν ἦμαρ, ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος.
ῥίψω, μεθήσω σῶμ'· ἀπαλλαχθήσομαι
βίου θανοῦσα· χαίρετ'· οὐκέτ' εἰμ' ἐγώ.
οἱ σώφρονες γὰρ, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὅμως,
κακῶν ἐρῶσι. Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεὸς,
ἀλλ' εἴτι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ,
ἣ τήνδε, κἀμὲ, καὶ δόμους ἀπώλεσεν.

ΧΟ. ἄϊες ὦ, ἔκλυες ὦ στροφή.
ἀνήκουστα τᾶς τυράννου πάθη
μέλεα θρουμένας.

runt Plato in Alcibiade I. Tom. II. p. 113. C. Aristides Tom. III. p. 27. C. quod notavit Valck.

47 353. τί λέξεις; monuit Valckenaerius eum scribendi modum pro τί λέγεις in talibus esse Euripidi peculiarem. Vid. Hec. 515. 1114. Phoen. 1289. Ion. 1132. Helen. 788. Med. 1307. Οἴμοι, τί λέξεις; ὥς μ' ἀπώλεσας, γύναι. Videtur Hermanno ad Viger. p. 735. ea formula proprie indicare, *Quo tandem progredieris, hoc facto initio?* Interrogatio post τέκνον vulgo posita erat: distinctionem recte mutavit Valck.

354. Verbum ἀνέχεσθαι cum participio apud Atticos scriptores saepe conjungitur. Med. 38. οὐδ' ἀνέξεται κακῶς Πάσχουσ'. Aesch. Pers. 835. Μόνης γὰρ, οἶδα, σοῦ κλύων ἀνέξεται. Soph. Aj. 411. Electr. 1028. Plura hujus structurae exempla videas apud Valck. in Phoen. 550.

356. ἀπαλλαγήσομαι X. Π. 369. verum asperam formam, ut antiquam, praetulere Tragici. Non desunt tamen alterius exempla, etsi rariora. Vid. Porson. ad Phoen. 986.

358. Voces ἀλλ' ὅμως in fine senarii frequentabat Euripides: quem morem ridens saepe imitatus est Aristophanes.

359. Supprimitur μόνον, ut in Hec. 1111. Ἀπώλεσ', οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως. Phoen. 1510. Σὰ δ' ἔρις, οὐκ ἔρις, ἀλλὰ φόνῳ φόνος Οἰδιπόδα δόμον ὤλεσε. Alcest. 235. „*Hujus ellipseos exempla suppeditabunt Jos. Scaliger ad Varronem de R. R. III. p. 244. Dan. Fessel. Adversar. Sacr. IV. 3. Joan. Davis. ad Cicer. Tusc. Disput. V. 6, et ad Cicer. de Natur. Deor. II. 64. et Lambert. Bos. in voce.*" R. P.

362. His respondent metra antistrophica infra 665.

363-4. Hos versus ita divisi, ut fierent Dochmiaci, cujus
48 etiam generis sunt vv. 365. 366. 367. 371. 372. 374. Asynarteti sunt vv. 368. 369. e Cretico et Dochmiaco constantes. Conf.

ὀλοίμαν ἔγωγε, πρὶν σᾶν, φίλα,
καθανύσαι φρενῶν.
ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ·
ὦ τάλαινα τῶνδ᾽ ἀλγέων·
ὦ πόνοι τρέφοντες βροτούς.

Aesch. Suppl. 117. *Τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρουμένα Λέγω λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ.* Quae, etsi vulgatum ordinem reliquit Burneius, in versus Dochmiacos distribuenda sunt. *θρουμένας* et in v. praec. *πάθη*, pro *θρεομένας* et *πάθεα*, ob numeros rescripsi.

365. In edit. prima, cum Valckenaerio et plerisque editoribus dederam, *πρὶν σὰν φίλαν Καταλῦσαι φρένα*, hac nota adjecta:

Haec vertit Ratallerus, *O utinam ante Intercam, quam domina ista tua Maesto perdat funere vitam.* Quae interpretatio, etsi Valckenaerio satis commoda visa est, mihi certe non satisfacit. Dixit quidem Noster Suppl. 1004. *καταλύσουσα βίοτον*; sed vereor ut *καταλῦσαι φρένα* idem valere possit ac *καταλῦσαι βίοτον*, nec dubito quin corruptela aliqua in his vocibus lateat: hanc opinionem firmat magna lectionum varietas. *φιλίαν* habent Codd. B. D. *φρενῶν* Ald. et B. pro var. lect. *φιλίαν κατανῦσαι φρενῶν* A. Fl. et Lasc. Hinc aliquis legendum arbitretur *καθανύσαι*, nam *ἀνύτω* asperum spiritum habet: nec tamen video quomodo ex ista lectione sensus idoneus exprimi possit. Hesychius explicat *καθανύσαι. συντελέσαι.* [*κατανύσαι* Hermannus de Metris p. 260. *Ex Addendis.*] *πρίν σ᾽ ἂν φ. κ. φ.* quod edidit Musgravius, soloecum est. Graeci dicebant *πρίν σε θανεῖν*, et *πρὶν ἂν σὺ θάνῃς*, non item *πρὶν ἄν σε θανεῖν*. Praeterea non debebat pronomen inter *πρὶν* et *ἂν* interponi. Hunc locum, cum nihil certi habeam, quod in textum reponam, aliorum sagacitati commendo.

Postea vero, a doctissimo Elmsleio monitus, rescripsi *πρὶν σᾶν, φίλα, Καθανύσαι φρενῶν*, cum haec lectio librorum auctoritate satis defendatur, et eadem sit vocis *καθανύτειν* constructio in Soph. Electr. 1451. *Ἔνδον· φίλης γὰρ προξένου καθήνυσαν.*

367. Sic MSS. A. Fl. Aldus duplicat *μοι*. Lascaris *ἰώ μοι μοι φεῦ.*

369. Verbi *τρέφειν* videtur sensus esse, *prosequi more nutricis.* Comparat Musgravius Soph. Trach. 116. *Οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ Τρέφει, τὸ δ᾽ αὔξει βιότου Πολύπονον, ὥσπερ πέλαγος Κρήσιον.* Philemonem Stobaei LXVI. p. 420, 47. p. 281. Ed. Grot. *Τὸν μόνιον ὄντα καὶ κακὴ τύχη τρέφει.* ubi lectionem Gesneri et Bentleii *Τὸν δὲ μόνον ὄντα*, probavit Porsonus in

ὄλωλας, ἐξέφηνας εἰς φάος κακά.
τίς σε παναμέριος ὅδε χρόνος μένει;
τελευτάσεταί τι καινὸν δόμοις.
ἄσημα δ᾽ οὐκέτ᾽ ἐστὶν οἷ φθίνει τύχα
Κύπριδος, ὦ τάλαινα παῖ Κρησία.
ΦΑΙ. Τροιζήνιαι γυναῖκες, αἳ τόδ᾽ ἔσχατον
οἰκεῖτε χώρας Πελοπίας προνώπιον,
ἤδη ποτ᾽ ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ

Advers. p. 296. Casaubonus in Animadv. in Athenaeum VII. c. 18. p. 549. plurima dedit exempla verbi τρέφειν apud Sophoclem pro ἔχειν adhibiti; ut in φόβον τρέφειν, νόσον τρέφειν. Sed tales locutiones cum Euripideis nostris parum apte comparantur.

371. Adjectivum πανημέριος apud Homerum frequens est, et significat *per totum diem*, quo sensu Attici aliam formam πανήμερος usurpabant. vid. Aesch. Prom. 1061. Soph. Trach. 662. Aristoph. Ran. 387. Παναμέριος extat in Nostri Ion. 122. Hic autem sensu prorsus insolenti adhibetur, si modo vera sit Scholiastae interpretatio: τίς ἄρα σε χρόνος ἐκ πασῶν τῶν ἡμερῶν οὗτος ἐξεδέχετο, ᾧ τὰ τοῦ ἔρωτος νοήσασα ἐξέφηνας; ubi pro νοήσασα fortasse corrigendum νοσήματα. Ceterum Brunckius e Musgravii conjectura edidit τίς σ᾽ ὦ παναμέριος ὅδε πόνος μίμνει; lingua et metro adversantibus.

372. Vulgo τελευτήσεται. sed τελευτᾶσαι τε Flor. unde vidit Valck. legendum esse τελευτάσεται. quod edidit Brunck. Inter αι et ε frequens est confusio: in hoc versu pro καινὸν Aldina habet κενόν. Deest δόμοις in E. et Lasc.

373. Vide supra ad v. 269. οἷ φθίνει, *quo cadit*. metaphora sumpta a Sole vel astro in occasum vergente.

376. προνώπιον Hesychius et Suidas exponunt per πρόθυρον, id est, *vestibulum*, ad hunc locum respicientes. Hesychius etiam προνώπια, τὰ ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν· καθάπερ ἐνώπια, τὰ ἔνδον, ὅπου αἱ εἰκόνες τίθενται. similia habet Pollux. Vid. Bacch. 639. Εἰς προνώπι᾽ αὐτίχ᾽ ἥξει. Docet Eustathius ad Il. *A*. p. 82, 35=62, 14. et rursus ad Il. *B*. p. 312, 14=236, 14. hanc vocem contractam esse e προενώπιον, quod si constaret, legendum esset προὐνώπιον. sed profecto fluxit ab adjecti-
50 vo προνωπὴς, quod explicatur per εἰς τοὔμπροσθεν φερόμενος. Anglice, *forward*. Androm. 730. Ἄγαν προνωπὴς εἰς τὸ λοιδορεῖν φέρει. Alcest. 144. 187. Ceterum regio Troezenia Peloponnesi vestibulum dicitur, utpote quae prima ab Oriente peninsulae pars, Atticae objecta erat.

377. Haec ridet Aristophanes in Equit. 1287. apertius vero in Ran. 962. Ἤδη ποτ᾽ ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα,

θνητῶν ἐφρόντισ' ᾗ διέφθαρται βίος·
καί μοι δοκοῦσιν οὐ κατὰ γνώμης φύσιν
πράσσειν κάκιον· ἔστι γὰρ τό γ' εὖ φρονεῖν
πολλοῖσιν· ἀλλὰ τῇδ' ἀθρητέον τάδε.
τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα, καὶ γιγνώσκομεν,
οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'· οἱ μὲν ἀργίας ὕπο,
οἱ δ' ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ
ἄλλην τιν'· εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίου,
μακραί τε λέσχαι, καὶ σχολὴ, τερπνὸν κακὸν,
αἰδώς τε· δισσαὶ δ' εἰσίν· ἡ μὲν οὐ κακὴ,
ἡ δ' ἄχθος οἴκων· εἰ δ' ὁ καιρὸς ἦν σαφὴς,

Τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρύω ζητῶν τίς ἔστιν ὄρνις. sic scripsi pro vulgato ἱππαλεκτρυόνα, quod metri leges violat, ex emendatione Porsoni, cujus notitiam debemus Dobraeo. Vid. Supplem. Praef. ad Hec. p. xlii. Epicharmi versus emendatos citat Porsonus in Addend. in Not. ad Hec. 1169. *Αἴτε τι ζητεῖ σοφόν τις, νυκτὸς ἐνθυμητέον. Καὶ, Πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸς μᾶλλον ἐξευρίσκεται.* Eustathius haec citans ad Il. *B.* p. 168, 4=127, 16. monet respicere Nostrum ad locutionem proverbialem ἐν νυκτὶ βουλὴ, unde etiam Nox εὐφρόνη vocatur.

381. τάδε Ald. τόδε Lasc. et MSS. sed pluralem in talibus praetulere Tragici.

382. Eadem tautologia, si sit tautologia, legitur in Iphig. Taur. 490. τὰς γὰρ ἐνθάδε Θυσίας ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν. Vv. 382—6. laudat Stobaeus XXX. p. 290, 47. Ed. Gesn. p. 133. Ed. Grot.

383. Aliam lectionem Κοὐκ ἐκπονοῦνεν habent E. P. et Lasc. Conf. Euripidis Fragm. Chrysippi II. *Αἶ, αἶ. τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν, Ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.* Ovid. Met. VII. 20. *video meliora, proboque; Deteriora sequor.*

384. προσθέντες Fl.

386. „μακραὶ δὲ *Stoboeus Trincavelli* xxviii." R. P.

387. Haec adumbrata ex Homerico (Il. *Ω.* 44.) οὐδέ οἱ αἰδὼς Γίνεται, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι. Eandem 51
sententiam expressit Euripides in Fragm. Erecthei apud Clem. Alexandr. Strom VI. p. 621. B. *Αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι· Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὐ κακὸν μέγα.* ubi male legitur in Edit. Paris. *Αἰδοῦς καὶ αὐτός.* Nostra citat Plutarchus de Virtut. Moral. Tom. II. p. 448. F. Confert V. D. Jac. Tate Hesiod. Op. et D. 11. *Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω· τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας, Ἡ δ' ἐπιμωμητή·* κ. τ. λ.

οὐκ ἂν δύ' ἤτην ταῦτ' ἔχοντε γράμματα.
ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ τυγχάνω προγνοῦσ' ἐγὼ,
οὐκ ἔσθ' ὁποίῳ φαρμάκῳ διαφθερεῖν
ἔμελλον, ὥστε τοὔμπαλιν πεσεῖν φρενῶν.
λέξω δὲ καί σοι τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν.
ἐπεί μ' ἔρως ἔτρωσεν, ἐσκόπουν ὅπως
κάλλιστ' ἐνέγκαιμ' αὐτόν. ἠρξάμην μὲν οὖν
ἐκ τοῦδε σιγᾶν τήνδε καὶ κρύπτειν νόσον.
γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστὸν, ἣ θυραῖα μὲν
φρονήματ' ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται,
αὐτὴ δ' ὑφ' αὑτῆς πλεῖστα κέκτηται κακά.
τὸ δεύτερον δὲ, τὴν ἄνοιαν εὖ φέρειν,
τῷ σωφρονεῖν νικῶσα, προὐνοησάμην.
τρίτον δ', ἐπειδὴ τοῖσιδ' οὐκ ἐξήνυτον

389. ἤστην vulgo: sed ἤτην Homeri Scholiast. Venet. ad Il. *Α*. 104. Pro γράμματα MSS. A. B. πράγματα. sed γράμματα Eustathius ad Il. *Θ*. p. 723, 15=613, 24. citans in exemplum Atticae syntaxeos, qua pro femininis dualibus masculina, in articulis praesertim et participiis, adhibentur. Praeivit Homerus Il. *Θ*. 455. ubi πληγέντε κεραυνῷ de Junone et Minerva dictum est. γράμματα legerat etiam Menander Athenaei XIII. p. 571. E. qui Nostrum imitatus est, observante Valckenaerio. Sensus est; *Si vero utriusque occasio certa esset, res duae non iisdem literis*, id est, *eodem nomine designarentur*. Perperam vulgo ταῦτ'. recte tamen Lascaris ταῦτ'. ἔχον γε Fl.

390. Vulgo φρονοῦσ'. sed προγνοῦσ' e Codice A. ediderunt Musgravius et Brunckius.

391. διαφθείρειν significat *abolere*, hic vero usu metaphorico, *oblivisci*. Eodem modo usurpatur διολλύναι, Soph. Oed. Tyr. 317. ταῦτα γὰρ καλῶς ἐγὼ Εἰδὼς διώλεσ'· οὐ γὰρ ἂν δεῦρ' ἱκόμην. Contra σώζειν est *recordari* in Helen. 274. σώζεσθαι Suppl. 916. Ἃ δ' ἂν μάθῃ παῖς, ταῦτα σώζεσθαι φιλεῖ Πρὸς γῆρας. Soph. Trach. 684. et alibi. Vid. Porson. Suppl. Praef. ad Hec. p. xxxiii.

397—9. Habet Stobaeus XXXVI. p. 216, 52. Grot. p. 142. Optime vertit Grotius *Nam nullam habere convenit linguae fidem, Consilia cordi quaeescit alieno dare, Suis laboret ipsa cum semper malis.*

400. Ovidii Phaedra, Heroid. IV. 151. *Et pugnare diu, nec me submittere culpae Certa fui, certi si quid haberet amor.* τὸ δεύτερόν τε Codd. A. Fl.

402. Vulgo τοῖσιν. Edidi post Brunckium τοῖσιδ', quod

*Κύπριν κρατῆσαι, κατθανεῖν ἔδοξέ μοι*
*κράτιστον· οὐδεὶς ἀντερεῖ βουλεύμασιν.*
*ἐμοὶ γὰρ εἴη μήτε λανθάνειν καλὰ,*
*μήτ᾽ αἰσχρὰ δρώσῃ μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν.*
*τὸ δ᾽ ἔργον ᾔδη, τὴν νόσον τε δυσκλεᾶ·*
*γυνή τε πρὸς τοῖσδ᾽ οὖσ᾽ ἐγίγνωσκον καλῶς,*
*μίσημα πᾶσιν, ὡς ὄλοιτο παγκάκως,*
*ἥτις πρὸς ἄνδρας ἤρξατ᾽ αἰσχύνειν λέχη*
*πρώτη θυραίους. ἐκ δὲ γενναίων δόμων*
*τόδ᾽ ἦρξε θηλείαισι γίγνεσθαι κακόν.*

extat in Orest. 1123. Heraclid. 968. Eandem correctionem adhibuit Porsonus Medeae v. 1292. τοῖσιδ᾽ pro τοῖσιν reponendum est in Nostri Iphig. T. 747. et alibi. Vid. infr. ad v. 1391. De formis ἀνύτω et ἀρύτω, quae pro communibus ἀνύω et ἀρύω Atticis in usu erant, vide Porsonum ad Phoeniss. 463.

404. βουλευμάτων Flor.

407. ᾔδειν Lasc. Ald. Sed ᾔδη habent quatuor Codices, recte: nam haec est Attica plusquam perfecti forma; quod monuerunt omnes fere veteres Grammatici. Permulta loca ubi librariorum inscitia invexit communes formas ᾔδειν, ἐπεποίθειν etc. jam correxerunt Viri docti. De hac re consulas Dawesium Miscell. Crit. p. 230. Piersonum ad Moerin p. 173—4.

408. γυνὴ δὲ unus Codex. Haec verba, Heathio et Marklando male intellecta, interpretatus est Valck. *Praeterea quoque me probe noveram esse mulierem, rem omnibus odiosam.* Similis est Creusae querela in Nostri Ion. 410. Τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας· Κἂν ταῖς κακαῖσιν αἰ᾽γαθαὶ μεμιγμέναι Μισούμεθ᾽· οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν. Valckenaerius protulit satis nota quaedam Tragicorum loca, in quibus μῖσος, μίσημα, στύγος, et στύγημα de personis dicuntur: Med. 1320. Ὦ μῖσος, ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι Θεοῖς τε, κἀμοὶ, παντί τ᾽ ἀνθρώπων γένει. Soph. Electr. 289. Ὦ δύσθεον μίσημα. Horum autem ratio aliquantum diversa est: similis est constructio in Heliodor. Aethiopic. VI. 9. Tom. II. p. 108. Ed. Mitscherl. οὐκ ἐννοήσεις ἄνθρωπος οὖσα, πρᾶγμα ἀστάθμητον, καὶ ὀξείας ῥοπὰς ἐφ᾽ ἑκάτερα λαμβάνον; De constructione dictum est supra ad v. 304.

409. ὥστ᾽ ὄλοιτο e membranis, ut videtur, tacite edidit Brunckius: sed proculdubio recte se habet ὡς ὄλοιτο. nam particula ὡς cum optativo in initio sententiae constructa significat *utinam*, ut in versu Homeri Iliad. Σ. 107. Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν, ἔκ τ᾽ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο. Soph. Electr. 126. ὡς ὁ τάδε πορὼν Ὄλοιτ᾽.

ὅταν γὰρ αἰσχρὰ τοῖσιν ἐσθλοῖσιν δοκῇ,
ἦ κάρτα δόξει τοῖς κακοῖς εἶναι καλά.
μισῶ δὲ καὶ τὰς σώφρονας μὲν ἐν λόγοις,
λάθρα δὲ τόλμας οὐ καλὰς κεκτημένας·
αἳ πῶς ποτ᾽, ὦ δέσποινα ποντία Κύπρι,
βλέπουσιν εἰς πρόσωπα τῶν ξυνευνετῶν,
οὐδὲ σκότον φρίσσουσι τὸν ξυνεργάτην,
τέρεμνά τ᾽ οἴκων, μή ποτε φθογγὴν ἀφῇ;
ἡμᾶς γὰρ αὐτὸ τοῦτ᾽ ἀποκτείνει, φίλαι,
ὡς μή ποτ᾽ ἄνδρα τὸν ἐμὸν αἰσχύνασ᾽ ἁλῶ,
μὴ παῖδας, οὓς ἔτικτον· ἀλλ᾽ ἐλεύθεροι,
παῤῥησίᾳ θάλλοντες, οἰκοῖεν πόλιν
κλεινῶν Ἀθηνῶν, μητρὸς οὕνεκ᾽ εὐκλεεῖς.
δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ,
ὅταν ξυνειδῇ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.

417-18. Hos versus sumpsit Eustathius de Ismeniae et Ismenes Amor. X. p. 373. priorem leviter mutatum Xenarchus Comicus apud Athenaeum XIII. p. 569. D. quod indicavit Valck.

420. τέραμνά τ᾽ Lasc. vv. 419, 420. adhibuit Lucianus Adversus Indoctum, Tom. III. p. 123, 54. Conferas infra v. 1077. Aeschyl. Agam. 37. οἶκος δ᾽ αὐτὸς, εἰ φθογγὴν λάβοι, Σαφέστατ᾽ ἂν λέξειεν. Nostri Androm. 925. ὡς δοκοῦσί μοι Δό-
54 μοι γ᾽ ἐλαύνειν φθέγμ᾽ ἔχοντες οἴδε με. Cicer. pro Coelio, 24. *Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eliciat? non parietes conscios? non noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescet?* Juvenal. Sat. IX. 102. *O Corydon, Corydon, secretum divitis ullum Esse putas? servi ut taceant, jumenta loquentur, Et canis, et postes, et marmora.* Non absimilia sunt in Shakespearii tragoedia *Macbeth*, Act. II. Sc. 1.

421. ἀποκτενεῖ Ald. sed ἀποκτείνει restituerunt ultimi editores ex A. P. et Lasc. Idem error sublatus est infra 1067. ἀποκτεῖναι Flor.

423. ἐλευθέρως Aldus, non male; sed paullo melior videtur altera lectio ἐλεύθεροι, quam exhibent A. D. P. Fl. Lasc. et receperunt Musgr. Valck. Brunck.

424. θάλοντες Lasc.

426-27. Bis laudantur apud Plutarchum, de Liberorum Educatione Tom. II. p. 1. C. et de Audiendis Poetis p. 28. C. Sex versus 426—431. exhibet Stobaeus LXXXVIII. p. 501, 12. p. 363. Ed. Grot. Citat Diogenes Laertius, Bion. Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύστομός τις ᾖ.

μόνον δὲ τοῦτό φασ' ἁμιλλᾶσθαι βίῳ,
γνώμην δικαίαν κἀγαθὴν, ὅτῳ παρῇ·
κακοὺς δὲ θνητῶν ἐξέφην', ὅταν τύχῃ,
προσθεὶς κάτοπτρον, ὥστε παρθένῳ νέᾳ,
χρόνος· παρ' οἷσι μήποτ' ὀφθείην ἐγώ.
ΧΟ. φεῦ, φεῦ· τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλὸν,
καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται.

428. μόνον δέ φασι τοῦθ' ἁμ. β. Stobaeus Trincavelli, et Stobaei MS. quod edidit Brunck. Mox ὅταν παρῇ Stobaeus. Corrupte Fl. φράστ' ἁμ. et παρῆν. Vertit Grotius, *Unum sed aiunt esse par vitae bonum, Cum rectus animus nil sibi conscit mali.* Verbum ἁμιλλᾶσθαι hic significat *durando certare.* Quoad sententiam comparari possunt Sophocles Philoct. 1443. οὐ γὰρ ἡὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς· Κἂν ζῶσι, κἂν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλυται. (Ita hunc locum dedere nuperi Editores pro ἡ γὰρ εὐσέβεια σ. βρ. e correctione Dawesii Misc. Crit. p. 329. quam contra Tyrwhittum defendit Porsonus in Append. ad Toup. p. 448.) Euripides in Fragm. Temenid. apud Stobaeum I. p. 1. 9. Ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται, Ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ Ἅπαντα φροῦδα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός.

431. προσθεὶς Ald. Fl. et Stobaei Ed. Trincav. προθεὶς Lasc. cum plerisque MSS. solito librariorum errore, quem secuti sunt Musgr. et Brunck. Deinde vulgo παρθένος νέα. sed meliorem lectionem παρθένῳ νέᾳ servarunt A. Scholiast. et sic Musgr. Brunck. Stobaeus Trincav. et Stobaei Cod. Sensus est, *Ut virgini ministra sua, ita menti hominis speculum affert tempus.* Conferunt Viri docti Terentium Adelph. Act. III. Sc. 3. 60. *denique Inspicere tanquam in speculum in vitas omnium Jubeo.*

433. ἁπανταχοῦ Aldus, ut vulgo; et sic Χ. Π. 547. ἁπανταχῇ E. P. Lasc. et Stobaeus, hunc et sequentem versum exhibens, V. p. 63, 49. p. 37. Grot. τὸ σῶφρόν πως, Lasc.

434. καρπίζεται Codd. A. B. D. E. et hoc quidem post Musgravium et Brunckium temere amplexus eram, vice alterius lectionis κομίζεται, quod habent Lasc. Ald. Stobaeus, et Χ. Π. 547. Cum autem ad δευτέρας φροντίδας ventum est, vidi καρπίζεσθαι pro καρποῦσθαι Tragicis haud usitatum esse. Spurius est versus Aesch. Theb. 607. Ἄτης ἄρουρα θάνατος ἐκκαρπίζεται. Verba Scholiastae Pindari, Nem. IX. 110. a Musgravio citata, δόξαν εὐκλεᾶ καρπούμενος, e tragoedia desumpta esse credo. Quin et Demosthenes Adv. Leptinem, 56. p. 478, 1. Ed. Reisk. ὅτου γὰρ ἂν τις παρ' ἡμῶν ἀγαθοῦ τοῖς ἄλλοις αἴτιος γένηται, τούτου τὴν δόξαν τὸ τῆς πόλεως ὄνομα καρποῦται.

ΤΡ. δέσποιν᾽, ἐμοί τοι ξυμφορὰ μὲν ἀρτίως
ἡ σὴ παρέσχε δεινὸν ἐξαίφνης φόβον.
νῦν δ᾽ ἐννοοῦμαι φαῦλος οὖσα· κἀν βροτοῖς
αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.
οὐ γάρ περισσὸν οὐδὲν, οὐδ᾽ ἔξω λόγου
πέπονθας· ὀργαὶ δ᾽ εἴς σ᾽ ἀπέσκηψαν θεᾶς.
ἐρᾷς· τί τοῦτο θαῦμα; σὺν πολλοῖς βροτῶν.
κἄπειτ᾽ ἔρωτος οὕνεκα ψυχὴν ὀλεῖς;

Credit Valck. Euripidem καρπίζεται in priore hujus fabulae editione scripsisse, mox autem mutasse in κομίζεται.

435. ἐμοί τε Flor.

437. De constructione vid. supra ad v. 304. φαῦλος, perinde ac alia quaedam adjectiva, modo duorum generum est, modo femininam formam φαύλη adhibet. Extat quidem φαύλην apud Nostrum in Med. 803. Non aliter feminina sunt μά-
56ταιον Iphig. T. 628. ὀρφανὸν Hec. 150. στεῤῥὸς Hec. 300. γενναῖος Hec. 596. δίκαιος Iph. T. 1202. μέλεος. Orest. 201. βρύχιον Pers. 395. et alia nonnulla, quorum alibi leguntur femininae formae ματαία, δικαία, μελέα, etc.

438. Hic versus quasi e Nostri Cretensibus citatur apud Athen. XIV. p. 640. B. Proverbium, si quod aliud, tritum, extat iisdem fere vocibus apud Eustathium ad Il. *B.* p. 195, 24=148, 6. et ad Il. *H.* p. 689, 54=567, 13. utrobique Ed. Basil. mendose σοφότεραι. Versum citat idem ad Il. *B.* p. 164, 31=124, 31. Suppl. 1082. Ἀλλ᾽ ἐν δόμοις μὲν ἥν τι μὴ καλῶς ἔχῃ, Γνώμαισιν ὑστέραισιν ἐξορθούμεθα. Citat Egertonus Cic. Philipp. XII. 2. *posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse.*

440. ἐπέσκηψαν vulgo. Sed cum haberet Cod. A. εἴ σ᾽ ἀπέσκηψαν, edidit Brunckius, monente Valckenaerio, εἴς σ᾽ ἀπέσκηψαν: recte, ut opinor; ἐπισκήπτειν enim apud Tragicos plerumque sensu *mandandi* adhibetur. ἀποσκήπτειν, ἐνσκήπτειν, κατασκήπτειν, ἐγκατασκήπτειν de malis divinitus irruentibus dicuntur; quod exemplis ostendit Valck. Sic infra 1416. Ὀργαὶ κατασκήψουσιν εἰς τὸ σὸν δέμας. In nostro versu non displiceret ἐνέσκηψαν.

441. Haec in usus suos converterunt Eumathius de Ism. Amor. III. p. 73. et Heliodorus Aethiopic. IV. 10. p. 239. Contulit Valck. Herodotum VI. 68. p. 469. οὔτε γὰρ, εἴπερ πεποίηκάς τι τῶν λεγομένων, μούνη δὴ πεποίηκας, μετὰ πολλέων δέ. Conf. infr. 836. et ibi notata.

οὔ τ' ἄρα λύει τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας,
ὅσοι τε μέλλουσ', εἰ θανεῖν αὐτοὺς χρεών.
Κύπρις γὰρ οὐ φορητὸν, ἢν πολλὴ ῥυῇ·
ἣ τὸν μὲν εἴκονθ' ἡσυχῇ μετέρχεται,
ὃν δ' ἂν περισσὸν καὶ φρονοῦνθ' εὕρῃ μέγα,

443. Vulgo οὐκ ἆρά γ' οὐ δεῖ, quae cum manifeste vitiosa essent, infelicibus conjecturis tentarunt Viri docti: Scaliger οὐκ ἆρα νοῦ δεῖ. Reiskius οὐκ ἐράσετ' ἔτ' οὐδεὶς, οἷ τ'. Heathius οὐκ ἆρά γ' εὖ ἔχει. Musgravius οὐκ ἆρά γ' ἡδὺ, vel οὐκ ἆρα δεινόν. Scholiasta vero exponit per οὐ λυσιτελεῖ, οὐ συμφέρει: unde vidit tandem Valckenaerius eum legisse λύει: cumque plurimi MSS. cum Lasc. exhiberent οὔ τ' ἆρα, ipse correxit οὔ τ' ἆρα λύει, vero quidem quam proxime. In uno tantum leviter erravit Vir summus. Copula τε hic locum non habet. οὔτ' ἄρα est οὔ τοι ἄρα, diphthongo οι, quae elidi non potest, cum brevi 57
vocali crasin efficiente: quod persaepe fit in Atticis poetis, praesertim in τοι ἄρα et τοι ἄν. vid. infra 482. 1032. 1411. Haec crasis, quam vix unquam librarii perceperunt, restituta est a Porsono Medeae v. 863. Sophoclis Ajaci v. 534. extat Trachin. 279. 322. Electr. 404. Aesch. Prom. 403. Theb. 556. Agam. 879. Nostri Iphig. Aul. 963. et alibi, licet plerumque vel a librariis corrupta, vel ab interpretibus parum percepta sit. Exempla hujus craseos apud Aristophanem plurima dedit Elmsleius ad Acharn. 323. Ceterum loci sententiam bene illustrat Ovidius Amor. II. 5. 1. *Nullus amor tanti est (abeas pharetrate Cupido) Ut mihi sint toties maxima vota mori.* λύει pro λυσιτελεῖ, *tanti est*, occurrit in Med. 566. 1109. 1359. Σάφ' ἴσθι· λύει δ' ἄλγος, ἢν σὺ μὴ 'γγελᾷς. (ubi vid. Porson.) Alc. 639. Sophocl. Electr. 1005. Plenius in Oedip. T. 316. Φεῦ, φεῦ· φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη Λύει φρονοῦντι. Hesychius λύει· λυσιτελεῖ.

445. φορητὸς MSS. et Edd. ante Valckenaerium, qui e Stobaeo LXI. p. 386, 36. p. 239. Grot. reposuit φορητὸν, recte: hunc enim loquendi modum adamavit Euripides. Vid. supra, 108. Orest. 226. 228. Phoen. 367. 385. 976. ubique subauditur χρῆμα. Tritissima sunt hujus structurae exempla apud Latinos, *Triste lupus stabulis. Dulce satis humor. Varium et mutabile semper Femina.* Deinde comparant Editores Horatianum, Carm. I. 19. 9. *In me tota ruens Venus Cyprum deseruit.* πολλὴ est *vehemens, nimia.* ut Iph. Aul. 556. Καὶ μετέχοιμι τᾶς 'Αφροδίτας, πολλὰν δ' ἀποθείμαν. ubi vulgo πολλάν τ'·

446. ἥκονθ' duo Codd. et Stobaeus Trincavelli.

447. περισσὰ Stobaeus loc. cit. male: vid. infra 952. De-

τοῦτον λαβοῦσα, πῶς δοκεῖς, καθύβρισε.
φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρ', ἔστι δ' ἐν θαλασσίῳ
κλύδωνι Κύπρις· πάντα δ' ἐκ ταύτης ἔφυ.
ἥδ' ἐστὶν ἡ σπείρουσα καὶ διδοῦσ' ἔρον,
οὗ πάντες ἐσμὲν οἱ κατὰ χθόν' ἔκγονοι.
ὅσοι μὲν οὖν γραφάς τε τῶν παλαιτέρων
ἔχουσιν, αὐτοί τ' εἰσὶν ἐν μούσαις ἀεὶ,
ἴσασι μὲν, Ζεὺς ὥς ποτ' ἠράσθη γάμων
Σεμέλης· ἴσασι δ', ὡς ἀνήρπασέν ποτε
ἡ καλλιφεγγὴς Κέφαλον εἰς θεοὺς Ἕως,
ἔρωτος οὕνεκ'· ἀλλ' ὅμως ἐν οὐρανῷ

inde σωφρονοῦνθ' Flor. pro quo Is. Vossius male proposuit σωφρονεῖν θ'. frequens est φρονεῖν μέγα apud Tragicos, praesertim Nostrum, et significat *superbire*; ut supra v. 6. Orest. 798. Phoen. 41. Electr. 1127. hinc etiam Phoen. 715. Ἤκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν. id est, *Thebas despicere.*

448. Voces πῶς δοκεῖς interpositae spiritum quendam orationi addunt. Sic Noster Hec. 1150. Κᾆτ' ἐκ γαληνῶν, πῶς
58 δοκεῖς, προσφθεγμάτων Εὐθὺς λαβοῦσαι φάσγαν' ἐκ πέπλων ποθὲν Κεντοῦσι παῖδας. Aristoph. Ran. 53. ἐξαίφνης πόθος Τὴν καρδίαν ἐπάταξε, πῶς οἴει, σφόδρα. Eccles. 399. Κᾆπειθ' ὁ δῆμος ἀναβοᾷ, πόσον δοκεῖς. De his et similibus formulis egit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 475, 25.

449. Cuivis haec legenti in mentem veniet carminis Lucretiani initium. Valckenaerius laudat versus Sophoclis Phaedrae apud Stobaeum LXI. p. 388, 24. Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται, Οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω ψυχὰς ταράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται. Καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει Ζεὺς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται. Tres priores Euripidi adscribit Clemens Alex. Strom. VI. p. 633. D.

451-2. Habet Plutarchus in Erotic. Tom. II. p. 756. D. ἔγγονοι Ald. sed ἔκγονοι Lasc. Plutarch. *X. Π.* 49. cum MSS. nonnullis.

454. Locutionem ἐν μούσαις εἶναι de Poetis vel etiam Historicis intelligit Eustath. ad Il. *B.* p. 262, 2=198, 30. huc respiciens: ὥστε ἐν τῷ, Μῆνιν ἄειδε θεὰ, προσυπακουστέον τὸ, δι' ἐμοῦ ὃς ἀεὶ ἐν μούσαις εἰμί· ὃ δὴ περὶ τῶν ποιητῶν ἢ τῶν ἁπλῶς λογίων Εὐριπίδης φησί.

456. Aliter quidem Homerus Odyss. *O.* 249. Ἀλλ' ἤτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν Ἠὼς, Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

458. Valckenaerius citat locum simillimum ex Herc. Fur. 1318.

*ναίουσι, κοὐ φεύγουσιν ἐκποδὼν θεούς·*
*στέργουσι δ᾽, οἶμαι, ξυμφορᾷ νικώμενοι·*
*σὺ δ᾽ οὐκ ἀνέξει; χρῆν σ᾽ ἐπὶ ῥητοῖς ἄρα*
*πατέρα φυτεύειν, ἢ ᾽πὶ δεσπόταις θεοῖς*

459. θεοὶ pro θεοὺς Markland.

460. *στέργουσι, they acquiesce.* In hoc sensu *στέργειν* frequentatur, plerumque quidem cum accusativo constructum, ut infra 463. nec raro tamen cum dativo. *ξυμφορᾶς* Flor. quod defendi possit per Aesch. Suppl. 1012. *ἱμέρου νικώμενος.* Fragm. Dictyos apud Stob. XCI. p. 507, 26. *χρημάτων νικωμένῳ.* hujus fabulae v. 724. *πικροῦ δ᾽ ἔρωτος ἡσσηθήσομαι.* Sed videtur dativus magis commodus, et in talibus usitatior. Noster Med. 1192. *ξυμφορᾷ νικωμένη.* Hec. 337. *τῇ βίᾳ νικώμενον.* Heracl. 300. *νικηθεὶς πόθῳ.*

461. *σὺ δ᾽ οὐκ ἀνέξει;* supprimitur *νικωμένη.* Plenius dixit Heracl. 353. *Νικωμένη γὰρ Παλλὰς οὐκ ἀνέξεται.* Vide supra ad v. 354. Deinde *χρῆν σ᾽ ἐ. ῥ. ἄ. Π. φ.* vertas, *Debuerat igitur pater te certis et pactis conditionibus genuisse:* et conferas Iph. A. 29. *Οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ᾽ ἐφύτευσ᾽ ἀγαθοῖς, Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς.* Huc respexit Eustathius ad Il. *B.* p. 235, 35=177, 6. Ceterum notent tirones exemplum brevis vocalis in fine vocis ante inceptivam *ῥ* productae: quod apud Atticos semper factum esse statuit Dawesius Misc. Crit. p. 160. inter alia exempla hunc versum afferens. Videas Aesch. Prom. 1059. *Διαρταμήσει σώματος μέγα ῥάκος.* Soph. Oed. T. 847. *Τοῦτ᾽ ἔστιν ἤδη τοὖργον εἰς ἐμὲ ῥέπον.* Oed. C. 900. Antig. 318. 712. Eur. Ion. 534. Iph. T. 253. Cyclop. 398. *Ἔσφαξ᾽ ἑταίρων τῶν ἐμῶν τίνι ῥυθμῷ.* Electr. 777. Suppl. 105. (Ed. Gaisford.) Helen. 1099. *Μέγας γὰρ ᾁγών, καὶ βλέπω δύο ῥοπάς.* et loca plurima Comicorum apud Dawesium, Brunckium in Aristoph. Plut. 1065. Gaisfordium in Hephaestion. p. 219. Sed profecto Canon Dawesianus, etsi adstipulantibus Viris doctis, parum accurate traditus est: exceptiones enim quaedam notandae erant, quarum praecipuas congessit Gaisfordius ad Hephaest. p. 220. Verior profecto regula videtur, quam de hujus literae apud Iambicorum scriptores potestate statuit Censor Promethei Editionis Blomfieldianae (*Quarterly Review*, Vol. V. p. 225.) Si finalis syllaba natura brevis secunda pedis pars est, ut in eam ictus metricus cadat, tum ob consonantem *ῥ* in initio vocis sequentis producitur. Haec autem vis *ἐκτατικὴ* non obstat, quo minus syllaba in priore pedis parte brevis maneat, ut in Prom. 738. *Χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾷν χθόνα.*

ἄλλοισιν, εἰ μὴ τούσδε γε στέρξεις νόμους.
πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν,
νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾷν;
πόσους δὲ παισὶ πατέρας ἡμαρτηκόσι
ξυνεκκομίζειν Κύπριν; ἐν σοφοῖσι γὰρ
τάδ' ἐστὶ θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά.
οὐδ' ἐκπονεῖν τοι χρὴ βίον λίαν βροτούς·
οὐδ' ἂν στέγην γὰρ, ἧς κατηρεφεῖς δόμοι,
καλῶς ἀκριβώσειαν· εἰς δὲ τὴν τύχην
πεσοῦσ', ὅσην σὺ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκεῖς;

463. στέργεις Lasc. Ald. et plerique Codices. Sed στέρξεις A. Fl. et sic Musgr. Valck. Brunck. quos secutus sum.

464. φρονεῖν pro φρενῶν Fl.

60 465. μὴ δοκεῖν et οὐ δοκεῖν pro *dissimulare* usurpantur: Med. 66. Ἤκουσά του λέγοντος, οὐ δοκῶν κλύειν. In hoc loquendi modo inter Graecos et nostrates prorsus convenit.

467. ξυνεκκομίζειν est *adjuvare*, quo sensu invenitur in Orest. 679. Electr. 73. Notat Valck. similiter adhiberi ξυνεκφέρειν in Fragm. Eur. Dictyos apud Stob. p. 474, 14. p. 347. Grot. *Πατέρα τε παισὶν ἡδέως ξυνεκφέρειν Φίλους ἔρωτας, ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν, Παῖδάς τε πατρί.*

469. χρῆν Valck. et Brunck. e duobus MSS. A. Fl. Sed aptius videtur vulgatum. βροτοὺς λίαν Fl.

470. Vulgo legitur οὐδὲ στέγην γάρ. Sed cum particulam ἂν sententia plane flagitet, post οὐδὲ inserui, scilicet hanc simplicissimam emendandi rationem arbitratus. Sensus est, *Nec debent profecto mortales in vita sua severe excolenda admodum elaborare; nam neque tectum, quo opertae sunt aedes, bene et accurate coagmentaverint.* Edidit Brunckius quod excogitaverat Musgravius κανὼν ἀκριβώσει' ἄν· parum probabiliter: haec enim conjectura nata erat e Scholiastae verbis, sententiam paullo fusius interpretantis. οὐδὲ στέγην γὰρ, ὑφ' ἧς οἱ δόμοι κατηρεφεῖς γίνονται, ἀκριβώσειαν (supplendum ἄν,) οἱ τέκτονες δηλονότι· καὶ τὸ μέτρον τοῦ διαστήματος κ. τ. λ. — εἶτα πρὸς μὲν ξύλων συνθέσεις, καὶ κανόνας εὖ συνθέτους, οὐκ ἐφίκετο τῆς ἀκριβείας ἡ τέχνη· σὺ δὲ τηλικαύτην συμφορὰν κ. τ. λ. Musgravii conjectura ἀκριβοῦσ' αἰὲν pluribus de causis improbanda est. Deinde edidit Brunckius ad Valckenaerii sententiam, ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι. sed genitivum defendit Porsonus in Schedis, allato Archilochi loco apud Plutarch. Tom. II. p. 604. C. ubi de Thaso iusula dictum est, ἥδε δ', ὥς ὄνου ῥάχις, Ἕστηκεν ὕλης ἀγρίας ἐπιστεφής.

472. δοκοῖς Ald. et pars MSS. ceteri cum Lasc. δοκεῖς. Hunc

*ἀλλ' εἰ τὰ πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχεις,*
*ἄνθρωπος οὖσα, κάρτ' ἂν εὖ πράξειας ἄν.*
*ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν,*
*λῆξον δ' ὑβρίζουσ'· οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις*
*τάδ' ἐστὶ, κρείσσω δαιμόνων εἶναι θέλειν.*
*τόλμα δ' ἐρῶσα· θεὸς ἐβουλήθη τάδε·*
*νοσοῦσα δ', εὖ πως τὴν νόσον καταστρέφου.*
*εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ, καὶ λόγοι θελκτήριοι·*

versum frustra sollicitarunt Viri docti. Heathius conjecit πεσοῦσας ἣν σύ. Marklandus σῶς ἂν ἐκν. Brunckius Valckenaerio 61 obsecutus edidit δοκοῖ, male; etenim particula ἂν ad ἐκνεῦσαι pertinet. „*Synesius Encom. Calvit.* p. 82. ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἴωνα δοκῶ τὸν ῥαψῳδὸν ἐξευρεῖν. *Ita lego pro* ἐξευρήσειν *ex Suida, contra quam statuit P. Leopardus Emendat.* II. 19. *vide Eurip. Hippol.* 475. (*ed. Musgr.*) *male a Valckenaerio et Brunckio tractatum. Aeschyl. Agam.* 944. *ubi similiter errant Heathius et Pauwius.*" R. P. Vertas: *In calamitatem vero, quantam tu, lapsa, quomodo te enataturam exspectas?* Eadem metaphora infra v. 824. 825.

473. Vulgo ἔχοις, quod ob πράξειας ἂν in altero sententiae membro praetulere Valck. et Brunck. Sed Indicativum ἔχεις praebent Lasc. A. P. Fl. quae constructio nemini displicere debet; (vid. infra 483. Hec. 782. εἰ μὲν ὅσιά σοι παθεῖν δοκῶ, Στέργοιμ' ἄν.) et mihi quidem videtur paullo melius sententiae convenire.

474. Ἄνθρωπος de muliere dicitur Theocr. Adoniaz. 106. Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς Ἀνθρώπω, ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκαν. ad quem locum plura exempla citavit Valckenaerius. vide etiam Heliodorum supra citatum ad v. 408. Similiter Sulpicius ad Ciceronem Epist. Fam. L. IV. 5. *In unius mulierculae animula si jactura facta est, tanto opere commoveris? quae si hoc tempore non diem suum obiisset, paucis post annis tamen ei moriundum fuit; quoniam homo nata fuerat.* Pro κάρτα γ' εὖ π. ἂν librorum omnium lectione, quam ipse olim scripseram, mox edidi, monente Elmsleio, κάρτ' ἂν εὖ π. ἄν. Eadem confusio observata est infra ad v. 697.

476. λῆξον δ' Lasc. cum Codicibus omnibus. λῆξόν θ' Aldus, quem sequitur Valck.

477. θέλεις Flor.

480. Quivis comparabit Horatianum, Epist. I. 1. 33. *Fervet avaritia, miseraque cupidine pectus? Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem Possis, et magnam morbi deponere* 62

φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου.
ἦ τ' ἄρ' ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν,
εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν.
ΧΟ. Φαίδρα, λέγει μὲν ἥδε χρησιμώτερα
πρὸς τὴν παροῦσαν ξυμφοράν· αἰνῶ δέ σέ.
ὁ δ' αἶνος οὗτος δυσχερέστερος λόγων
τῶν τῆσδε, καί σοι μᾶλλον ἀλγίων κλύειν.
ΦΑΙ. τοῦτ' ἔσθ', ὃ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας
δόμους τ' ἀπόλλυσ', οἱ καλοὶ λίαν λόγοι.
οὐ γάρ τι τοῖσιν ὠσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν,

*partem.* Musgravii conjectura καὶ λόγος θελκτήριος Φανήσεταί τις, nemini, opinor, arrisura est.

482. Vulgatam lectionem Ἦτ' ἄρά γ' ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξ. ἄν, mirum est probasse Valckenaerium. Codices A. Fl. exhibent ἦ γὰρ ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν, unde recte Brunckius ἂν duplicatum edidit. Haec particula cum optativis saepissime, nonnunquam etiam cum indicativis et infinitivis repetita est: (vid. vv. 270. 474. 497. 965.) quod ignorantes librarii, complura poetarum loca temere vitiarunt. Versus quosdam, in quibus ἂν male omissa erat, feliciter sanavit Porsonus ad Hecub. 736. Orest. 51. Videas Blomfieldium ad Aesch. Prom. 795. Addam ipse locum Aeschyli Choeph. 851. ubi hactenus editum est Οὔτοι φρένα κλέψειαν (κλέψει' ἂν) ὠμματωμένην, invito metro. Corrigendum arbitror, Οὔτοι φρέν' ἂν κλέψει' ἂν ὠμματωμένην. Ut ad versum Hippolyti redeamus, omnes editores, praeter Lascarem, dederunt ἦ τ' ἄρα, male. vide quae notavi supra ad v. 443.

486. δυστυχέστερος A. Fl. Mox Τῶν τῇδε καὶ σὺ Fl. corrupte.

487. Duplicis comparativi exempla satis multa apud Tragicos invenies. Hec. 381. μᾶλλον εὐτυχέστερος. Aesch. Sept. Theb. 679. τίς ἄλλος μᾶλλον ἐνδικώτερος; Suppl. 287. μᾶλλον ἐμφερέστεραι. Duplex superlativus Med. 1320. ὦ μέγιστον ἐχθίστη γύναι. Alcest. 802. Τίμα δὲ καὶ τὴν πλεῖστον ἡδίστην θεῶν Κύπριν βροτοῖσιν. Soph. Philoct. 631. θᾶσσον ἂν τῆς πλεῖστον ἐχθίστης ἐμοὶ Κλύοιμ' ἐχίδνης. Hec. 624. κάλλιστά τ' εὐτεκνώτατε Πρίαμε. ubi contulit Porsonus, inter alia, Soph. Oed. C. 1190. κάκιστα δυσσεβεστάτων. Cf. infra v. 1419. Ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος κυρῇ βροτῶν. Simile exemplum praebet Cicero Epist. ad Att. XII. 38. *sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime liberalissima, doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere* (*credo*.) Plura utriusque generis exempla inter legendum occurrent.

ἀλλ' ἐξ ὅτου τις εὐκλεὴς γενήσεται.
ΤΡ. τί σεμνομυθεῖς; οὐ λόγων εὐσχημόνων
δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρός· ὡς τάχος διϊστέον
τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας ἀμφὶ σοῦ λόγον.
εἰ μὲν γὰρ ἦν σοι μὴ 'πὶ συμφοραῖς βίος
τοιαῖσδε, σώφρων δ' οὖσ' ἐτύγχανες γυνή,
οὐκ ἄν ποτ' εὐνῆς οὕνεχ', ἡδονῆς τε σῆς,
προσῆγον ἄν σε δεῦρο· νῦν δ' ἀγὼν μέγας
σῶσαι βίον σὸν, κοὐκ ἐπίφθονον τόδε.
ΦΑΙ. ὦ δεινὰ λέξασ', οὐχὶ συγκλείσεις στόμα,
καὶ μὴ μεθήσεις αὖθις αἰσχίστους λόγους;
ΤΡ. αἴσχρ', ἀλλ' ἀμείνω τῶν καλῶν τάδ' ἔστι σοι·
κρεῖσσον δὲ τοὔργον, εἴπερ ἐκσώσει γέ σε,
ἢ τοὔνομ', ᾧ σὺ κατθανεῖ γαυρουμένη.

493. ὡς τάχος e MS. A. edidere Musgr. Valck. Brunck. 63
pro vulgato εἰς τάχος. et sic profecto Lascaris editio. Deinde διοιστέον Ald. sed διϊστέον omnes MSS. Lasc. et Scholiasta, qui exponit per διαγνωστέον. Videtur sensus esse, *Quam celerrime dignoscendi tibi sunt ii, qui recta de te declararunt.* ἐξ εὐθείας λέγειν et ἀπ' εὐθέος λέγειν sunt, *plane, aperte, sine ambagibus dicere.* Edidit ex ingenio Brunckius διζητέον, quod ne Graecum quidem esse arbitror. Porsonus, ut ab amico ejus accepi, forte legendum putabat διοπτέον, i. e. *circumspiciendum.*

495. εἰ μὴ γὰρ ἦν Lasc.

496. Maluit Valckenaerius σώφρων τ', sine causa, ut opinor.

498. προσῆγον MSS. et Edd. ante Brunckium, qui e Scaligeri conjectura edidit προῆγον, fortasse recte: sed cum et alterum probum sit, textum mutare nolui.

500. συγκλήσεις ex uno Codice A. ediderunt Musgravius et Brunckius. Sed συγκλείσεις Lasc. Ald. et Auctor Χ. Π. qui hunc versum bis adhibet, 110 et 438. Credo formas ἔκλησα, κλῆδες, κλῆθρον, recentioris esse Atticismi, et in Tragicorum scripta a Grammaticis invectas. Consulas notam Valckenaerii in Phoen. 268.

503. ἐκσώσειέ σε vulgo. ἐκσώσει γέ σε A. Flor. quod recepe- 64
runt Valck. et Brunck. recte. Porsonus ad Med. 819. monet particulam γε saepe in dialogis sequi εἴπερ, vel continuo, vel interposito alio vocabulo. Idem ad Phoen. 512. notat voces ὄνομα et ἔργον non raro a Tragicis opponi.

ΦΑΙ. καὶ μή σε πρὸς θεῶν, εὖ λέγεις γάρ, αἰσχρὰ δέ,
πέρα προβῇς τῶνδ᾽· ὡς ὑπείργασμαι μὲν εὖ
ψυχὴν ἔρωτι· ταἰσχρὰ δ᾽ ἢν λέγῃς καλῶς,
εἰς τοῦθ᾽, ὃ φεύγω νῦν, ἀναλωθήσομαι.
ΤΡ. εἴ τοι δοκεῖ σοι, χρῆν μὲν οὔ σ᾽ ἁμαρτάνειν·
εἰ δ᾽ οὖν, πιθοῦ μοι· δευτέρα γὰρ ἡ χάρις.
ἔστιν κατ᾽ οἴκους φίλτρα μοι θελκτήρια
ἔρωτος, (ἦλθε δ᾽ ἄρτι μοι γνώμης ἔσω)
ἅ σ᾽ οὔτ᾽ ἐπ᾽ αἰσχροῖς, οὔτ᾽ ἐπὶ βλάβῃ φρενῶν,
παύσει νόσου τῆσδ᾽, ἢν σὺ μὴ γένῃ κακή.

505. Hactenus legitur καὶ μή γε, πρὸς θεῶν. Emendat Porsonus καὶ μή σε, in Nota MSta ad Arist. Vesp. 1450. „*Aristoph. Vesp.* 1441. *pro* γε *lege* σὲ *ut recte Schol. et Suid.* (*v.* ζηλῶ.) γε *et* σε *saepe permutantur, ut Eurip. Med.* 870. (867.) *ubi pro* φέρειν εἰκός γ᾽, *recte ex MSS. edidit Brunckius* φέρειν εἰκός σ᾽. *Emenda obiter Eurip. Hippolyt.* 508. Καὶ μὴ ΣΕ πρὸς θεῶν — *confer Valcken. ad Phoeniss.* 1659. *Markland. ad Suppl.* 277. *et ad Iph. Aul.* 1233. *Brunck. ad Med.* 326. (*adde Alcest.* 1119.) *ad Apoll. Rhod.* III. 985. σ᾽ *pro* γ᾽ *in eadem fabula* 118. *ex MS. reposuit Musgravius.*" R. P.

507. ταἰσχρὰ Lasc. Ald.

509. δοκεῖ omnes Editores ante Musgravium, qui ob imperfectum χρῆν edidit εἴ τοι ᾽δόκει σοι: postea vero sententiam mutavit, et δοκεῖ revocandum esse censuit. Imperfectum ᾽δόκει, id est ἐδόκει, praetulerunt etiam Valckenaerius et Brunckius. Mihi potius videtur servanda esse formula εἴ τοι δοκεῖ σοι, quae legitur in Nostri Electra, v. 77. et alibi. Totam autem sententiam sic interpretor: *Si quidem hoc tibi ita placet, debebas, fateor, non peccare: Si tamen in peccato*, hoc est, in amore, *revera implicita es, obsequere mihi*; *ea enim secunda est utilitas.* Aliter interpretantur Musgr. et Valck.

511. Observat Valckenaerius dictum esse φίλτρα θελκτήρια
65 ἔρωτος, sicut in Apollon. Rhod. III. 738. θελκτήρια φάρμακα ταύρων.

512. γνώμην ἔσω Lasc. male. Adverbia εἴσω et ἔσω, praepositionum vice fungentia, genitivum post se habent. Leguntur quidem apud Homerum Ἴλιον εἴσω, οὐρανὸν εἴσω, ubi εἴσω pro simplici εἰς positum est: dubito autem an hanc licentiam unquam adhibuerint Attici.

513. ἐπὶ φρενῶν βλάβῃ Cod. Fl. repugnante metro. nam vocalis in fine praepositionis, literis φρ proximam vocem inchoanti-

δεῖ δ' ἐξ ἐκείνου δή τι τοῦ ποθουμένου
σημεῖον, ἢ λόγον τιν', ἢ πέπλων ἄπο,
λαβεῖν, ξυνάψαι τ' ἐκ δυοῖν μίαν χάριν.
ΦΑΙ. πότερα δὲ χριστὸν, ἢ ποτὸν, τὸ φάρμακον;
ΤΡ. οὐκ οἶδ'· ὄνασθαι, μὴ μαθεῖν, βούλου, τέκνον.
ΦΑΙ. δέδοιχ', ὅπως μοι μὴ λίαν φανεῖ σοφή.
ΤΡ. πάντ' ἂν φοβηθεῖσ' ἴσθι· δειμαίνεις δὲ τί;

bus, brevis manet; sequentibus vero βλ, in Euripidis senariis, longa fit. De his metri legibus consulendus Porsonus ad Orest. 64. et ad Hec. 302.

516. Reiskii conjectura legentis ἢ πλόκον τιν', ἢ πέπλων λάκος, haud necessaria est, et lectoribus in Euripide versatis parum probabilis videbitur. Hinc tamen πλόκον sumpsit Brunckius. Repetendum est ἢ (τι σημεῖον) πέπλων ἄπο. Apponam verba Scholiastae, de duplici incantandi more disputantis. Δεῖ, φησὶν, αὐτῇ φαρμάξει σημεῖον ἐκ τοῦ Ἱππολύτου τι λαβεῖν, ἢ λόγου μνημόνευμα, ἢ κρασπέδου ἀπόσπασμα· καὶ τῷ μὲν λόγῳ αὐτοῦ τὸν λόγον τῆς Φαίδρας συνάψαντας ἐπᾴδειν, τὸ δὲ ἀπόσπασμα ἐσθῆτος πάλιν ἐπαοιδαῖς ἀποσπάσματι τῆς ἐσθῆτος Φαίδρας συνάπτειν. Citant Editores quae in re simili fecit Theocriti Pharmaceutria, Idyll. II. 53. Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις, Ὡ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω. et Virgiliana comparant, Eclog. VIII. 91. *Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit, Pignora cara sui.* Lucian. Tom. III. p. 288. 65. δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν, ἤ τι τοιούτων. In iis quae sequuntur Lucianus morem per nomina incantandi attigit.

518. Conf. Aesch. Prom. 488. Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον, Οὐ χριστὸν, οὔτε πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων Χρείᾳ κατεσκέλλοντο. Eurip. Suppl. 1119. Μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον, Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι Παρεκτρέποντες ὀχετὸν, ὥστε μὴ θανεῖν. De diversis φαρμάκων generibus apud auctores Graecos memoratis, omnino legenda est doctissima Blomfieldii 66 nota, quam ad Promethei locum in Glossario scripsit.

519. ὄνασαι Flor.

520. φανῇς Editiones et Manuscripti, praeter Flor. qui exhibet φανῇ; unde edidi, juxta Atticorum normam, φανεῖ, quoniam particulae ὅπως μὴ plerumque cum futuro indicativi construuntur. Vid. Dawes. Misc. Crit. p. 227. cui si fides habenda sit, ὅπως μὴ cum aoristo secundo formae passivae conjungi nequit.

521. Monuit Dawesius Misc. Crit. p. 83. voculam ἂν participiis, perinde ac optativis et infinitivis, futuri temporis notionem

*ΦΑΙ.* μή μοι τι Θησέως τῶνδε μηνύσῃς τόκῳ.
*ΤΡ.* ἔασον, ὦ παῖ· ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς.
μόνον σύ μοι, δέσποινα ποντία Κύπρι,
ξυνεργὸς εἴης· τἄλλα δ', οἷ' ἐγὼ φρονῶ,
τοῖς ἔνδον ἡμῖν ἀρκέσει λέξαι φίλοις.

*ΧΟ.* Ἔρως, Ἔρως, ὁ κατ' ὀμμάτων στροφὴ α'.
στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν
ψυχᾷ χάριν, οὓς ἐπιστρατεύσῃ,
μή μοι ποτὲ σὺν κακῷ φανείης,

conferre. Interpretatur Musgravius, *scito te, si de hac re trepida es, nihil non fuisse formidaturam.* Hunc versum imitatus est, ut videtur, Auctor Rhesi, v. 80. Πάντ' ἂν φοβηθεὶς ἴσθι, δειμαίνων τόδε.

522. Pro τόκῳ aliam lectionem τέκνῳ exhibent C. E. P. Lasc.

527. Sic Aldus et Codices nonnulli, ὃς κατ' ὀμμάτων A. E. P. Fl. Lasc. et Eustathius ad Il. *Γ.* p. 432, 6 = 328, 17. et hoc edidit Valckenaerius, negans scilicet Homericum ὁ pro ὃς usquam Atticis poetis adhibitum esse. Sed proculdubio erravit Vir summus. Articulus enim praepositivus non in Homero tantum, sed in trium Tragicorum reliquiis vice relativi positus haud raro invenitur. Hoc quidem in Choricis praecipue fit: vid. Hec. 477. 638. Bacch. 574. sed etiam in senariis extant non pauca hujus usus exempla; Aesch. Sept. c. Theb. 36. Σκοποὺς δὲ κἀγὼ καὶ κατοπτῆρας στρατοῦ Ἔπεμψα, τοὺς πέποιθα μὴ ματᾶν ὁδῷ. 515. Agam. 535. 983. Sophocl. Oed. Tyr. 1055. 1379. 1427. Oed. Col. 304. 1258. Trach. 47. 381. 730. Electr. 1144. Eurip. Andr. 811. κτείνασα τοὺς οὐ χρὴ θανεῖν. Bacch. 712. in cujus fabulae 67 v. 468. legendum videtur Οὔκ· ἀλλ' ὁ Σεμέλην ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις, quod exhibent Codices, pro vitiosa Aldi lectione ὃς Σεμέλης. Electr. 280. In Aesch. Pers. 150. recte Brunckius, Heathium secutus, edidit Βασίλεια δ' ἐμὴ, τὴν προσπιτνῶ. Ceterum monuit Eustathius ad Il. *Α.* p. 23, 1 = 17, 42. articulo praepositivo, quoties pronominis vice fungitur, addendum esse accentum: et in Aldina profecto editum est ὃ κατ' ὀμμάτων. Mihi tutius visum est communem scribendi modum servare. Corrupte habet Cod. Flor. ἔρον, ἔρον, et mox πάθον.

529. οἷς pro οὓς B. D. Utramque constructionem probam esse ostendit Valckenaerius ad Phoen. 291. cui assentitur Porsonus. Iidem codices habent ψυχαῖς. Reposui, monente Elmsleio, ἐπιστρατεύσῃ pro ἐπιστρατεύσει. Subjunctivus est, subaudito ἂν, ut supra v. 429.

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG

μηδ' ἄῤῥυθμος ἔλθοις.
οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ'
ἄστρων ὑπέρτερον βέλος,
τοῖον τὸ τᾶς Ἀφροδίτας
ἵησιν ἐκ χερῶν
Ἔρως ὁ Διὸς παῖς.

531. ἔλθῃς Lasc. soloece.

532. „*Eustath. ad Il.* Θ. p. 700, 15=581, 43." R. P.

533. *ἄστρων βέλος* interpretatur Musgravius de Siderum, vel Solis vi, quam incusabant veteres si quis exanimis repente concidisset. Citat ille Hesychii glossam, *ἀστροβολήτους· τοὺς ὑπὸ τοῦ κυνὸς βαλλομένους.* observans ad hanc opinionem alludere nomen apud Latinos *sideratorum.* Vertit Valck. *ἄστρων βέλος, fulminis telum.*

534—6. Editiones omnes *οἷον τὸ τᾶς Ἀ.* qua constructione offensus Valckenaerius plures correctiones in notis proposuit, et totum quidem locum sic scribendum censuit: *Οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτ' Ἄστρων, ὑπέρτατον βέλος Οἷόν γ' ὁ τᾶς Ἀφροδίτας Ἵησιν ἐκ χερῶν Ἔρως ὀλίγος παῖς.* Sed in his quaedam sunt vulgatis longe deteriora: constructio enim magis impedita est: displicet etiam otiosa particula *γ'* ad explendum metrum advocata: neque credibile est dixisse Euripidem *ὀλίγος παῖς* pro *παιδάριον.* Dixerit quidem Theocritus, Idyll. *I.* 47. *ὀλίγος τις κῶρος.* dixerit etiam Ho- 68
merides Hymn. in Merc. 245. *Παῖδ' ὀλίγον.* sed talis locutio a Tragici nostri consuetudine plane abhorret. Leviorem equidem mutationem adhibui, legendo *τοῖον* pro *οἷον*; hae enim voces aliquando permutantur, ut in Aesch. Prom. 944. ubi recte conservavit Robortellus *τοῖον ἐξαρτύεται Γάμον γαμεῖν,* pro vulgato *οἷον.* Nostri vero sententiam sic interpretor: *Neque enim aut ignis aut siderum ictus potentior; tale scilicet est Veneris telum, quod e manibus jaculatur Amor, Jovis filius.* Poterat quidem legi *Τοιόνδ' ὁ τᾶς Ἀ.* ni displicerent *ὁ τᾶς Ἀφροδίτας,* et *ὁ Διὸς παῖς* intra tantillum spatium concurrentia. Ad ultimum Strophae versum defendendum citat Musgravius Virgilium, qui in Ciri v. 134. dixit, *Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater Iratum potuit, quem nec pater atque avus idem Jupiter.* Lactant. Institut. I. 17. *Venus genuit ex Jove Cupidinem.* Apuleium, Lib. VI. Negat autem Valckenaerius alibi apud veteres Graecos Jovem dictum esse patrem Cupidinis; idemque in disputatione de Amore, ac Patre ejus, in Diatribe, cap. XV. exquisitae suae eruditionis insigne specimen dedit. Sed *Ἔρως ὁ Διὸς παῖς* in suo Hippolyti exemplari certe legerat Eumathius, qui bis huc respexit, de Ismen. Amor. IX. p. 342. et X. p. 393. Nec minore jure

ἄλλως, ἄλλως παρά τ᾽ Ἀλφεῷ, ἀντ. ά.
Φοίβου τ᾽ ἐπὶ Πυθίοις τεϱέμνοις
βούταν φόνον Ἑλλὰς ἀέξει δὴ,
Ἔϱωτα δὲ τὸν τύϱαννον ἀνδϱῶν,
τὸν τᾶς Ἀφϱοδίτας
φιλτάτων θαλάμων
κλειδοῦχον, οὐ σεβίζομεν,

παῖς Διὸς vocatur Amor, quam παῖς Διώνης in Fragmento Antigonae Euripideae apud Scholiastam Pindari Pyth. III. 177. Ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεός. vid. Valck. Diatr. p. 154. C. quippe Dione mater fuisse Veneris perhibetur. Homer. Il. *E.* 371. ἴησ᾽ ἐκ χειϱῶν Lasc.

537. Pro ἄλλως, ἄλλως, malebat Brunckius μάτην, μάτην, ut versus cum Strophico melius congrueret. Sed non animadvertit ille primam vocis Ἔϱως syllabam etiam in versibus 536. 540. longae respondere. Equidem existimo prius Ἔϱως in v. 527. extra metrum esse habendum; unde versus fiet Ionicus a majore, cujus generis quinque alios habet eadem strophe, vv. 528. 529. 530. 531. 536, et cum antistrophico, ἄλλως παρά τ᾽ Ἀλφεῷ, probe congruet: in hoc enim metro primae syllabae quantitas ἀδιάφοϱος est. vid. vv. 536. 540. 555. ἄλλους ἄλλως Flor. Ἀλφειῷ Lasc.

538. ἐν Πυθίοις Flor. Lasc. τεϱάμνοις Lasc. et Ald. De duplici hujus vocis scriptura egit Arnaldus in Miscell. Observ. Tom. VI. p. 595. et Valckenaerius ad Phoen. 335. addens; „τέϱεμνα vel τέϱαμνα semper apud Euripidem et alios vel *tecta* sunt domorum, vel *aedes* ipsae, *tecta* quoque Latinis dictae."

539. Hunc versum ter respexit Eustathius, ad Il. *A.* p. 23,
69 27=18, 10. p. 49, 2=36, 51. et ad Il. Z. p. 627, 15=481, 34. in primo loco adducit βούταν φόνον in exemplum Ionicae formae βούτας pro communi βότας, comparans νοῦσος pro νόσος, κοῦϱος pro κόϱος, et similia. In duobus reliquis interpretatur β. φ. de *hecatomba.* ἀέξει δὴ Aldus. δὴ omittunt Codices A. B. D. E. et Lasc. Musgravius ob metrum emendabat αὐξάνει δή: Heathius ἄϱ᾽ ἀέξει, quod incaute edidit Brunckius; si enim metro consuleret, saltem debebat ἆϱ᾽ ἀέξει. Legit Hermannus in Libro de Metris p. 445. Ἑλλὰς αἴ᾽ ἀέξει.

540. Versum ex Euripidis Andromeda Σὺ δ᾽, ὦ θεῶν τύϱαννε κἀνθϱώπων, Ἔϱως, habent Lucianus Tom. II. p. 2, 17. Athenaeus XIII. p. 561. B.

543. κληδοῦχον editiones: sed κλειδοῦχον, quod exhibet Cod. Paris. apud Valck. verius judico; vid. supra ad v. 500. „οὐ σεβίζομεν, *non colimus;* publico certe cultu non dignamur Amo-

πέρθοντα, καὶ διὰ πάσας
ἰόντα συμφορᾶς
θνατοῖς, ὅταν ἔλθῃ.
τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ στροφὴ β'.
πῶλον, ἄζυγα λέκτρων,
ἄνανδρον τὸ πρὶν καὶ ἄνυμφον, οἴκων
ζεύξασ' ἀπ' εἰρεσίᾳ δρομάδα,

rem, cui primus fertur Charmus, aetate Pisistrati, altare posuisse in Academia." Valck. Meminit Athenaeus XIII. p. 609. D. Ad hanc rem respexit idem XIII. p. 561. D. quem exscribam: Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἀπέχονται συνουσίας τινὸς διαλαβεῖν προεστάναι τὸν Ἔρωτα, ὥστε, τῆς Ἀκαδημίας ἐκδήλως τῇ Ἀθηνᾷ καθιερωμένης, αὐτόθι τὸν Ἔρωτα ἱδρυσάμενοι συνθύουσιν αὐτῷ.

544. *πάσης* edebatur ante Brunckium, qui Doricam formam reposuit.

547. Omittitur praepositio *ἐν*, ut in Soph. Trach. 171. Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη. Phoen. 617. *Μυκήναις*. Androm. 439. 705. *Τροίᾳ*, et alibi. Etsi *Οἰχαλίᾳ* habent Lascaris et Aldus cum codicibus quibusdam, prava lectio *Οἰχαλίαν* in vulgatas editiones ante Musgravianam irrepserat. Aptissime confert Elmsleius Helen. 381. Ὦ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε, ut recte Aldus.

548. *πῶλον ἄζυγα λέκτρων*, explicat Scholiasta per *παρθέ-* 70
*νον, ἄπειρον γάμων*. *Πῶλος* apud Graecos modo de *juvene*, modo de *puella* dicebatur; quod monuit Hesychius in voce. In Rhes. 261. *ἐπὶ πῶλον*, scil. Helenam. In Androm. 621. Peleus, ad Hermionam, Helenae filiam, alludens, inquit, *μήτε δώμασιν λαβεῖν Κακῆς γυναῖκος πῶλον*. Eubulus Athenaei XIII. p. 568. E. *πώλους Κύπριδος*. Anacreon Od. LX. 1. *Πῶλε Θρηκίη*. Contra in Phoeniss. 961. Menoeceus vocatur *Οὗτος δὲ πῶλος τῇδ' ἀνειμένος πόλει*. In Lycophr. Alex. 1452. Teucer, *ὡς ὁ πατρίου φονεὺς Πώλου*, scil. Ajacis.

549. *οἴκῳ* e MS. C. male dedit Musgravius.

550 In omnibus editionibus praeter Brunckianam legitur *ζεύξασ' ἀπειρεσίαν δρομάδα*: sed vox *ἀπειρεσίαν* proculdubio corrupta est, et e Scholiastae verbis liquet scripsisse Poetam *οἴκων ζεύξασ' ἄπο*; exponit enim ille, *ἀποζεύξασα καὶ ἀποχωρίσασα τῶν οἴκων*. Similis locutio in Phoeniss. 338. *Ἀπήνας ὁμοπτέρου, Τᾶς ἀποζυγείσας δόμων*. Reliquam versus partem difficile est corrigere. Equidem olim conjiciebam *οἴκων ζεύξασ' ἀπ' Εὐρυτίων*: extat adjectivum *Εὐρύτειος* in Soph. Trach. 260. et 1221. nec minore jure dici potuit *Εὐρύτιος*, quam alibi dictum est *Βάκχιος* pro *Βακχεῖος*, *Ἀγαμεμνόνιος* pro *Ἀγαμεμνόνειος*; vid. supra ad

τὰν Ἄϊδος ὥστε Βάκχαν,
σὺν αἵματι, σὺν καπνῷ,
φονίοις θ' ὑμεναίοις,
Ἀλκμήνας τόκῳ Κύπρις ἐξέδωκεν.
ὦ τλάμων ὑμεναίων.
ὦ Θήβας ἱερὸν ἀντιστρ. β'.
τεῖχος, ὦ στόμα Δίρκας,
ξυνείποιτ' ἂν ἁ Κύπρις οἷον ἕρπει.
βροντᾷ γὰρ ἀμφιπύρῳ τοκάδα

v. 307. Malint fortasse aliqui Εὐρυτιδᾶν; legitur enim Ἴφιτος Εὐρυτίδης in Hom. Odyss. Φ. 14. 37. Sed verisimilior videtur Blomfieldii nostri emendatio, οἴκων ζεύξασ' ἀπ' εἰρεσίᾳ, hoc est, *remigio*: Hercules enim, vastata Oechalia, Iolam ad Trachina deportandam navibus commisit. Vid. Soph. Trach. 658. Mihi olim visum est, ut in re dubia, literas, quas exhibent MSS. et Edd. obelo notatas, in textu relinquere. Amplectatur, velim, lector conjecturam Juvenis ingeniosi, aut ipse melius aliquid, si potest, excogitet. Nemini auguror arrisurum esse Brunckii ξ. ἄπο τρομερὰν δ. aut Musgravii ζεύξασ' ἀτειρέα συνδρομάδ' ἄταν.

551. In hoc etiam versu gravis corruptela diu inhaeserat. Vulgo legitur τὰν ναΐδ' ὅπως τε Βάκχαν, quod frustra defendere tentaveris. Deest τὰν in tribus Codd. et Lasc. Cod. E. habet τὰν ἄϊδ' ὅπως τε Βάκχαν. Flor. ἄϊδαν et Βάκχαι. Ex his varietatibus Musgravius acute et feliciter conjecit τιν' ἄϊδος ὥστε Βάκχαν, quod
71 probavit Valck. et recepit Brunck. Articulum vero retinendum esse judicavi. In Nostri Hecub. 1067. occurrit Βάκχαις Ἅιδου. vid. Herc. Fur. 1122. Ἄϊδος Βάκχαν interpretantur *Furiam*. Ceterum conferas Nostri Suppl. 1010. προσέβαν δρομὰς ἐξ ἐμῶν Οἴκων ἐκβακχευσαμένα.

553. ὑμαιναίοις Lasc.

554. ἔδωκεν Cod. Par. apud Valck.

555. ὦ τλᾶμον vulgo, contra metrum. Correxit Brunckius, praeeunte Heathio. Vid. infra 1458.

558. Hic versus in editionibus meam praecedentibus sic divisus est; Συνείποιτ' ἂν οἷον Ἁ Κύπρις ἕρπει. ubi metra Strophicis male respondent. Ego vero, ordine verborum leviter immutato, contraxi in unum versum, ab Hephaestione appellatum *Pindaricum Hendecasyllabum*; quales sunt vv. 554. 568. et strophicus noster 549. Vid. Hephaest. c. XIV. 46. p. 79, 10. et ibi Gaisfordium. Flor. συνείπετ'. Conjecit Scaliger ἕρδει pro ἕρπει, et mox διγόνοιο. Priorem conjecturam, quod mireris, probavit Valckenaerius.

τὰν διογόνοιο Βάκχου
νυμφευσαμέναν, πότμῳ
φονίῳ κατεύνασεν.
δεινὰ γὰρ τὰ πάντ' ἐπιπνεῖ, μέλισσα δ'
οἷά τις πεπόταται.
ΦΑΙ. σιγήσατ', ὦ γυναῖκες. ἐξειργάσμεθα.
ΧΟ. τί δ' ἐστὶ, Φαίδρα, δεινὸν ἐν δόμοισι σοῖς;
ΦΑΙ. ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω.
ΧΟ. σιγῶ· τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε.

562. κατεύνασε Lasc. Ald. et Codices: neque contra eorum auctoritatem vocem mutare ausus sum. Brunckius, quo metra antistrophica sibi invicem melius responderent, edidit in v. 553. ὑμεναίοισιν, et in nostro versu κατακοίμασεν pro κατεύνασεν, satis probabiliter; dixit enim Euripides Hecub. 477. Τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ Κοιμίζει φλογμῷ Κρονίδας; et quoad significationem nihil differunt κοιμάω et κοιμίζω. Malim vero legere κατακοιμᾷ, et in Strophico ὑμεναίοις retinere, ut versus sint Ionici a Majore, qui vocantur, Hipponactii, quales vv. 531. 536.

563. δεινὸν vulgo. δεινὸς Fl. Recte Musgravius edidit e duo- 72
bus MSS. δεινὰ, formam scilicet Doricam pro δεινή. Mox πάντα γε πιτνεῖ Fl. πάντα γ' ἐπιπιτνεῖ A. δεινὰ γὰρ πάντ' ἐπιπνεῖ B.

564. Perperam hactenus editum est οἷα: postulatur enim neutrum plurale οἷα, i. e. *velut*; ut in Soph. Trach. 105. οἷά τιν' ἄθλιον ὄρνιν. Quod ad metrum attinet, versus est Pherecrateus, in quo genere eam sibi licentiam permittebant Poetae, ut in initio versus Spondeum et Trochaeum, perinde ac Iambum, nullo discrimine adhiberent. Sic infra v. 733. Κῦμα τᾶς Ἀδριηνᾶς antistrophico 743. Σεμνὸν τέρμονα ναίων opponitur. Adeant tirones Burneii Tentamen de Metris Aeschyli, Proleg. p. xxxiv. et Gaisfordium ad Hephaest. p. 302. Exempla Pherecrateorum dabit haec fabula vv. 142. 548. 555. 557. 733. 751. 851.

565. Habet X. Π. 847. ἐξειργάσμεθα, Gloss. ἀπολώλαμεν. vid. infr. 603.

566. ἐν δόμοισί σοι legit Elmsleius.

567. ὡς μάθω Cod. E. sed ἐκμάθω recte defendit Valck. monens idem significare, quod alibi μᾶλλον μάθω, et μάθω σαφέστερον.

568. τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε. In his respicit Chorus ad Phaedrae vocem ἐξειργάσμεθα. Confer Phoen. 1356. ΑΓ. Οἰχόμεσθ'· ΚΡ. οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχει λόγου. Troad. 713. Τί δ' ἔστιν, ὥς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν; Hec. 183. Τί με δυσφημεῖς; φροίμιά μοι κακά.

ΦΑΙ. ἰώ μοι· αἶ, αἶ, αἶ.
ὦ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων.
ΧΟ. τίνα θροεῖς αὐδάν; τίνα βοᾷς λόγον;
ἔνεπε, τίς φοβεῖ σε φάμα, γύναι,
φρένας ἐπίσσυτος;
ΦΑΙ. ἀπωλόμεσθα. ταῖσδ' ἐπιστᾶσαι πύλαις,
ἀκούσαθ' οἷος κέλαδος ἐν δόμοις πίτνει.
ΧΟ. σὺ παρὰ κλεῖθρα, σοὶ
μέλει πομπίμα
φάτις δωμάτων.
ἔνεπε δ', ἔνεπέ μοι, τί ποτ' ἔβα κακόν.
ΦΑΙ. ὁ τῆς φιλίππου παῖς Ἀμαζόνος βοᾷ
Ἱππόλυτος, αὐδῶν δεινὰ πρόσπολον κακά.
ΧΟ. ἰαχὰν μὲν κλύω,

569. Vulgo αἶ quater repetitur; in Fl. bis; in MS. Paris. apud Valck. quas credo esse Brunckii membranas, ter legitur.

570. ἀλγημάτων citat X. Π. 603.

571. Versus, quos in hac scena cecinit Chorus, in quatuor Dochmiacorum systemata distribui. Dochmii quidem simplices cum
73 duplicibus permixti leguntur; quod in omnibus Tragicorum scriptis persaepe fit: nusquam vero hoc metrorum genus frequentius, quam in nostra fabula usurpavit Euripides. Vide notata supra ad v. 363. vide etiam v. 811. et seq. Neque haec metrorum observatio prorsus inutilis est, siquidem hinc refutantur conjecturae, quae versuum legibus officiunt; quales sunt Heathii φήμα, ὦ γύναι, v. 572. Brunckii ἐπίσυτος, v. 573. Valckenaerii ἔννεπε δὴ, ἔννεπέ μοι, v. 579. Hic versus legitur in X. Π. 133.

573. Perperam Brunckius ἐπίσυτος. Est in senario ἐπίσσυτος, Aesch. Agam. 896. Valck. monet ordinem verborum esse τίς ἐπίσσυτος φάμα φοβεῖ σε φρένας;

574. Divisim ἐπὶ στᾶσαι Ald. τοῦδ' ἐ. πόλεις Fl. et mox περὶ pro παρά.

576. Vulgo κλῆθρα. Vid. supr. ad v. 500.

577. Pro μέλει Musgravius conjecit μόλει, quae vox apud Graecos nunquam erat audita. ἔμολον est aoristus verbi, cujus praesens in usu non erat. πομπίμα φάτις δωμάτων exponit Schol. ἡ ἐκ τῶν οἴκων πεμπομένη φωνή. Fl. πομπίμων.

579. Vulgo ἔννεπέ μοι. Utraque forma Tragicis usurpata est: sed hic alteram metrum flagitat. Sic in Bacch. 1041. legendum Ἔνεπέ μοι, φράσον τινὶ μόρῳ θνήσκει. ubi vulgo ἔννεπέ μοι.

582. Paullo numerosius esset Κλύω μὲν ἰαχάν. σαφῶς A. Fl. Ἰαχὰν κλύω mavult Elmsleius ad Heracl. 752.

σαφὲς δ' οὐκ ἔχω γεγωνεῖν ὅπα
διὰ πύλας ἔμολεν, ἔμολέ σοι βοά.
ΦΑΙ. καὶ μὴν σαφῶς γε τὴν κακῶν προμνηστρίαν,
τὴν δεσπότου προδοῦσαν ἐξαυδᾷ λέχος.
ΧΟ. ὤμοι ἐγὼ κακῶν. προδέδοσαι, φίλα.
τί σοι μήσομαι;
τὰ κρυπτὰ γὰρ πέφηνε, διὰ δ' ὄλλυσαι,

583. ὅπα, quod exhibent Lasc. Ald. et Codd. quidam, Doricum est pro ὅπῃ. Verlas, *non tamen pro certo dicere habeo quanam via venerit foras clamor.* Male vulgo editum erat ὄπα. Mirum est profecto Valckenaerio in mentem venisse γέγωνόν τ' ὄπα: hunc vero secutus Brunckius versus scripsit Euripideis nostris immane quantum discrepantes, Σαφῆ δ' οὐκ ἔχω Γέγωνόν τ' ὄπα. Γεγωνεῖν exponit Scholiasta per εἰπεῖν, ut in Aesch. Prom. 812. 1026. Soph. Oed. Col. 212. et alibi. Verterint Nostrates *to declare*: verbum enim proprie denotat *alta et clara voce eloqui;* quod illustrant Dorvillius Critic. Vann. p. 150. Heringa Observ. p. 64.

585. προμνήστρια proprie est *nuptiarum conciliatrix* (Anglice *a match-maker*) exponente Hesychio ἡ συνιστῶσα ἀλλήλοις τοὺς γαμοῦντας. et mox, προξενοῦσα νυμφίους ἢ νύμφας. similiter explicat Pollux III. 31. In hoc sensu vox usurpatur ab Aristophane, Nub. 41. Εἴθ' ὤφελ' ἡ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς, Ἥτις με γῆμαι 'πῆρε τὴν σὴν μητέρα. Eadem postea dicebatur προξενήτρια, testante Scholio in Aristoph. Nub. quod exscripsit Suidas v. προμνήστρια. In nostro versu metaphorice dicitur *malorum conciliatrix.* Ceterum observat Valckenaerius ad Theocr. Adoniaz. p. 196. multa verba in *ΤΡΙΑ* desinentia praebere Comicum, quae nusquam alibi reperias; et existimat haec fuisse in sermone quotidiano usitata. Occurrunt quidem in Aristophane πανδοκεύτρια Plut. 426. Ran. 114. Vesp. 35. συκοφάντρια Plut. 970. συμπαίστρια Ran. 411. λαχανοπωλήτρια Thesm. 387. σκηνήτρια 624. λαικάστρια Acharn. 529. 537. νυμφεύτρια 1056. συνθεάτρια in Fragm. ap. Jul. Polluc. X. 67. et quaedam alia. Nec desunt apud Tragicos exempla harum formarum, licet rariora. Extat πενθήτρια infra 805. ἀγύρτρια Aesch. Agam. 1282. φαιδρύντρια Choeph. 757. εὐνήτρια Soph. Trach. 924. θηλάστρια pro τροφός, et μαιεύτρια pro μαῖα citantur e Sophoclis Alexandro in Lex. MS. Sangerm. Vid. Brunckii Lex. Sophocleum.

587. φίλαν Fl. μνήσομαι A.

589. Poteris duplicem Dochmiacum efficere, mutando Πέφηνεν τὰ κρυπτὰ, διὰ δ' ὄλλυσαι. sed nihil opus est, siquidem

ΦΑΙ. αἶ, αἶ, ἒ, ἔ.
ΧΟ. πρόδοτος ἐκ φίλων.
ΦΑΙ. ἀπώλεσέν μ᾽ εἰποῦσα συμφορὰς ἐμὰς,
φίλως, καλῶς δ᾽ οὐ, τήνδ᾽ ἰωμένη νόσον.
ΧΟ. πῶς οὖν; τί δράσεις, ὦ παθοῦσ᾽ ἀμήχανα;
ΦΑΙ. οὐκ οἶδα, πλὴν ἕν· κατθανεῖν ὅσον τάχος
τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον.
ΙΠ. ὦ γαῖα μῆτερ, ἡλίου τ᾽ ἀναπτυχαὶ,
οἵων λόγων ἄῤῥητον εἰσήκουσ᾽ ὄπα.
ΤΡ. σίγησον, ὦ παῖ, πρίν τιν᾽ αἰσθέσθαι βοῆς.
ΙΠ. οὐκ ἔστ᾽ ἀκούσας δείν᾽ ὅπως σιγήσομαι.

hemistichia Iambica cum Dochmiis saepe conjunguntur. Corrigit
75 Seidlerus in Libro de Dochmiacis Τὰ κρύπτ᾽ ἄρα πέφηνε.

592. Participium praesentis ἰωμένη conatum exprimit; ut λύουσα Phoen. 79. θάπτων et κομίζων Suppl. 505. Versum vulgato certe minus numerosum praebent E. P. Lasc. Φίλως μὲν, οὐ καλῶς δ᾽, ἰωμένη νόσον. quem probavit Valckenaerius, recepit Brunckius; male, ut opinor. Eleganter enim supprimitur μὲν, ut in Androm. 584. Δρᾶν εὖ, κακῶς δ᾽ οὔ. Orest. 100. Ὀρθῶς ἔλεξας, οὐ φίλως δ᾽ ἐμοὶ λέγεις. Citat Scholiasta proverbium Εὖνοι᾽ ἄκαιρος οὐδὲν διαλλάσσει ἔχθρας. haec verba videntur mutata esse a senario apud Apostolium aliosque, Ἄκαιρος εὔνοι᾽ οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει, quem inter Fragmenta Hippolyti Καλυπτομένου immerito inseruerunt Euripidis Editores. Vid. Porson. Suppl. Praef. ad Hec. p. xix.

594. πῶς οὖν; τί δράσεις; haec verba inchoant etiam versum, Hec. 870. Non ferri potest Piersoni conjectura, cui patrocinatur Valckenaerius, Οἶσθ᾽ οὖν τί δράσεις; talem enim formulam nescivit Euripides. Haud infrequens est οἶσθ᾽ οὖν ὃ δρᾶσον; sed et illud a nostro loco prorsus esset alienum. τί γοῦν, τί δράσεις; Conditor Χ. Π. 609. 1836. qui et duos seq. vv. adhibet, 610. 611.

595. οὐκ οἶδα, πλὴν ἕν· idem senarii initium habet Noster Suppl. 943. Ion. 311.

597-8. Leguntur in Χ. Π. 226-7. Huc respexit Eustathius ad Il. Η. p. 679, 49=551, 12. exponens ἡλίου ἀναπτυχαὶ, τοῦ ἀναπτύσσοντος δηλαδὴ τὰ ἐν σκότῳ. Hesychius ἀναπτυχαὶ, ἀνατολαί. Sic Ion. 1446. λαμπρᾶς αἰθέρος ἀναπτυχαί. Ejusdem generis est metaphora in Phoen. 82. Ἀλλ᾽, ὦ φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτύχας Ζεῦ, σῶσον ἡμᾶς. Ion. 1538. ἐν φαενναῖς ἡλίου περιπτυχαῖς.

76 600. Aristoph. Plut. 18. Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως σιγήσομαι.

*ΤΡ.* ναὶ πρὸς σὲ τῆς σῆς δεξιᾶς εὐωλένου.
*ΙΠ.* οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, μηδ' ἅψει πέπλων;
*ΤΡ.* ὦ πρὸς σὲ γονάτων, μηδαμῶς μ' ἐξεργάσῃ.
*ΙΠ.* τί δ', εἴπερ, ὡς φῄς, μηδὲν εἴρηκας κακόν;
*ΤΡ.* ὁ μῦθος, ὦ παῖ, κοινὸς οὐδαμῶς ὅδε.

601. δεξιᾶς τ' E. P. Lasc. Ald. unde conjiciebat Marklandus forte legendum esse *Ναὶ πρὸς σὲ γένυος, δεξιᾶς τ' εὐωλένου.* sed recte observavit Valckenaerius vocem *γένυς* in formulis adjurandi nusquam adhiberi. Conjecit ipse Valck. *τῆσδε δεξιᾶς*, quod recipiendum esset, nisi bene se haberet vulgata lectio *τῆς σῆς δ.* in qua consentiunt omnes Edd. et MSS.

602. Vulgo *προσοίσῃς*, quod exhibet quoque X. *Π.* 1273. Primus emendavit Heathius *προσοίσεις*, recte: mox vero *ἅψεις*, haud pari successu. *ἅπτεσθαι* quidem in media voce est *tangere*; *ἅπτειν* autem *nectere* significat. Contrario errore Valckenaerius ex duobus Codd. edidit *προσοίσῃ*. Legitur etiam in Bacch. 343. *Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα;* Cur notam interrogandi addiderim; dictum est supra ad v. 213.

603. Personi Adversaria indicant sequentia Euripidis loca, in quibus eadem adhibetur obtestandi formula, quae hic et supra v. 601. „*Phoen.* 951. 1708. *Med* 328. *Hippol.* 610. 612. *Alcest.* 673. *Androm.* 893. *Suppl.* 279. *Iph. A.* 1243. *Iph. T.* 1075. *Troad.* 1042. *Hel* 1237." R. P. In his omnibus exemplis pronomen *σὲ* inter praepositionem et nomen inseritur; in plerisque verbum *ἄντομαι*, vel *ἱκνοῦμαι*, vel tale quiddam supprimitur; ut etiam supra v. 505. Addas Alcest. 1117. Sophocl. Oed. Col. 250. 1333. Trach. 436. Philoct. 468. Apollon. Rhod. III. 985. ubi e MS. edidit Brunckius *Πρός σ' αὐτῆς Ἑκάτης μειλίσσομαι, ἠδὲ τοκήων, Καὶ Διός.* Hunc scribendi morem in talibus saepe imitati sunt Latini. Exempla dabunt Terent. Andr. III. 3. 6. *Per te Deos oro, et nostram amicitiam, Chreme.* Ibid. V. 1. 15. Plautus Menaechm. V. 7. 1. *Per ego te haec genua obtestor.* Virgil. Aen. X. 369. *per vos et fortia facta, Per ducis Evandri nomen, devictaque bella, — Fidite ne pedibus.* Tibull. I. 5. 7. III. 1. 15. IV. 5. 8. Liv. XXIII. 9. *Per ego te, inquit, fili, quaecunque jura liberos jungunt parentibus, precor quaesoque, ne ante ora patris facere et pati omnia infanda velis.* Deinde olim edideram *ἐξεργάσει*, Valckenaerio incaute obsecutus, qui verbum esse futurum statuit. Postulatur subjunctivus, ut infra 607. *ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς.* *ἐξεργάζεσθαι* est *perdere*, ut *διεργάζεσθαι* infra v. 609. Hesychius habet *ἐξεργάσει· διαφθείρει.* ubi legendum censuit Kusterus *διαφθερεῖς.* aut si ad nostrum versum respexit glossa, *ἐξεργάσῃ· διαφθείρῃς.*

ΙΠ. τά τοι κάλ' ἐν πολλοῖσι κάλλιον λέγειν.
ΤΡ. ὦ τέκνον, ὅρκους μηδαμῶς ἀτιμάσῃς.
ΙΠ. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.
ΤΡ. ὦ παῖ, τί δράσεις; σοὺς φίλους διεργάσει;
ΙΠ. ἀπέπτυσ'· οὐδεὶς ἄδικος ἔστι μοι φίλος.
ΤΡ. ξύγγνωθ'· ἁμαρτεῖν εἰκὸς ἀνθρώπους, τέκνον.
ΙΠ. ὦ Ζεῦ, τί δὴ, κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν,

608. Ob hanc sententiam, Hippolyti persona plane indignam, et ab ipso mox repudiatam, Euripides saepius in Aristophanis comoediis exagitatus est: vide Ran. 102. 1471. Thesmoph. 275. quin et impietatis crimine, tanquam perjurii suasor, ab Hygiaenonte quodam in jus vocatus, teste Aristotele Rhetor. III. c. 15. Ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ Ἀντιδόσει κατηγοροῦντα, ὡς ἀσεβὴς, ὅς γ' ἐποίησε, κελεύων ἐπιορκεῖν, Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Ἔφη γὰρ αὐτὸν ἀδικεῖν, τὰς ἐκ Διονυσιακοῦ κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λόγον, ἢ δώσειν, εἰ βούλεται κατηγορεῖν. Sententiam tamen defendit et quodammodo laudat Cicero de Offic. III. 29. *Quod ita juratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum est perjurium. — Non enim falsum jurare, pejerare est; sed quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. Scite enim Euripides, „Juravit lingua, mentem injuratam gero."* Ad hunc versum respexere Plato Theaeteto p. 154. D. Symposio p. 199. A. Ovidius Heroid. XXI. 135. *Quae jurat mens est; nil conjuravimus illa: Illa fidem dictis addere sola potest.* Lucian. Vit. Auct. Tom. I. p. 549, 59. Athenaeus III. p. 122. B. Citant Scholiasta Aristophanis ad utrumque Ranarum locum; Eustathius ad Il. Δ. p. 443, 37 = 337, 28. comparans Homericum ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. et ad Il. Τ. p. 1175, 29 = 1239, 16. Suidas v. ἀνώμοτος. Sophoclis Scholiasta ad Oed. C. 233. ubi ὀμώμοκεν.

610. ἀπέπτυσα, *respuo*, legitur in Nostri Hecub. 1266. Iph. Taur. 1161. Aristoph. Pac. 527. suppresso, ut hic, λόγον vel μῦθον. Plenius in Iph. Aul. 874. Πῶς; ἀπέπτυσ', ὦ γεραιὲ, μῦθον. Helen. 672. Ἀπέπτυσα μὲν λόγον. Imitari videtur Plautus Asinaria I. 1. 26. *Teque hercle obsecro, ut quae locutus despuas.* ἔσται μοι E. Lasc. unde conjicio legendum ἔστ' ἐμοὶ φίλος.

78 611. ἁμαρτεῖν δ' εἰκὸς ἄνθρωπον X. Π. 817. ἀνθρώποις Flor. quae syntaxis est infra v. 1431. ἀνθρώποισι δὲ, Θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.

612. κίβδηλος proprie de nummo adulterino dictum erat, teste Hesychio v. ἀκίβδηλον, κιβδηλιῶντας, ubi legitur ἔστι δὲ

γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας;
εἰ γὰρ βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος,
οὐκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παρασχέσθαι τόδε·
ἀλλ' ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς
ἢ χαλκὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσοῦ βάρος,
παίδων πρίασθαι σπέρμα, τοῦ τιμήματος
τῆς ἀξίας ἕκαστον· ἐν δὲ δώμασι
ναίειν ἐλευθέροισι, θηλειῶν ἄτερ.
νῦν δ' εἰς δόμους μὲν πρῶτον ἄξεσθαι κακὸν

Κιβδηλὶς, ἐν τοῖς μετάλλοις σκωρία. In ista significatione Nostro usurpatur in Med. 516. Ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν, ὃς κίβδηλος ᾖ, Τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ, κ. τ. λ. Septem versus 612—8. habet Stobaeus Floril. in Sermone cui Titulus Γυναικῶν ψόγος, LXXI. p. 432, 51. p. 309. Grot. duos priores Dio Chrysost. Or. LXXIII. p. 642. A.

614. Conferendus est Noster Med. 573. χρῆν ἄρ' ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς Παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος· Χ' οὕτως ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν. et, qui Nostrum imitatus est, Miltonus, Parad. Amiss. X. 888. *O! why did God, Creator wise, that peopled highest heaven With spirits masculine, create at last This novelty on earth, this fair defect Of nature, and not fill the world at once With men, as angels, without feminine; Or find some other way to generate Mankind?*

616. ἐντιθέντας Ed. prima Stobaei; quae et mox habet πόσιν πρίασθαι. Huc respexit Lucianus Amor. Tom. II. p. 439, 19.

617. Alio ordine quem praebent duo Codd. A. Fl. haec verba dedere Valcken. et Brunck. ἢ χρυσὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χαλκοῦ βάρος. Sed vulgatum praetulimus, quia in talibus enumerandis ad rariora adscendere solet oratio: ut in Aesch. Prom. 511. Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε, τίς Φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ; Cod. A. habet χαλκοῦν.

618. τοῦ τιμήματος τῆς ἀξίας, *pro aestimatione justi pretii.* ἡ ἀξία, *the value*: ut in Xenoph. Memor. I. vi. 11. καίτοι τό γε ἱμάτιον, ἢ τὴν οἰκίαν, ἢ ἄλλο τι, ὧν κέκτησαι, νομίζων ἀργυρίου ἄξιον εἶναι, οὐδενὶ ἂν μὴ ὅτι προῖκα δοίης, ἀλλ' οὐδ' ἔλαττον τῆς ἀξίας λαβών. Brodaeus in Miscell. IV. 15. male interpretatus est, *pro census amplitudine.*

621. Proprie dicebatur ἄγεσθαι γυναῖκα *ducere uxorem*: solemnem igitur phrasin adhibiturus Hippolytus, κακὸν pro γυναῖκα, indignationi suae obsecutus, intulit. Non inficeti sunt versus, qui Susarioni, Comicorum principi, adsignantur: Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται, Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

μέλλοντες, ὄλβον δωμάτων ἐκθύομεν.
τούτῳ δὲ δῆλον, ὡς γυνὴ κακὸν μέγα·
προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε κἀκθρέψας πατὴρ
φερνὰς, ἀπῴκισ᾽, ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ.
ὁ δ᾽ αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτὸν
γέγηθε, κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματι
καλὸν κακίστῳ, καὶ πέπλοισιν ἐκπονεῖ,

Convitiis, quibus in hac oratione muliebrem sexum lacessit Euripides, festive respondet Chorus Mulierum apud Aristophanem, Thesmoph. 786.

622. *ὄλβον δωμάτων ἐκτίνομεν* hactenus exhibent editiones, pessimo metri vitio: *ἐκτίνειν* enim secundam necessario corripit. *ἐκπίνομεν*, quod corrigere voluit Piersonus, nullis commendatur exemplis, et a Tragoediae indole respuitur. Musgravii emendatio, *ἐκτίομεν*, loci sententiae non convenit. Lectio, quam nos e conjectura dedimus, debetur Scholiastae explicationi, *πρῶτον μὲν τὴν θυσίαν ὑπὲρ κακοῦ δίδομεν.* videtur igitur ille in suo Euripidis exemplari legisse *ἐκθύομεν.* Extat hoc compositum in Orest. 188. Cyclop. 371.

623. *τούτων δὲ* Flor.

624. Haec attigit Eustathius ad Il. *I.* p. 742, 56 = 639, 24. agens de diversa significatione vocum *ἕδνα* et *φερνή.* Habet autem *προθείς.* frequens est haec confusio, ob similitudinem scripturae *προσθεὶς* et *προθείς.* vid. v. 384. 432. 714. *καὶ θρέψας* vulgo. sed praeferenda videtur lectio Codicum B. D. *κἀκθρέψας.* Confer Med. 1346. *Οὐ παῖδας, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην.* Eur. Oedipi Fragm. XVII. *Τίκτουσιν ἡμῖν πάντα κἀκτρέφουσ᾽ ἅμα.* Addit Vir doctus (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 222.) Aristoph. Pac. 628. *ἣν ἐγὼ 'φύτευσα κἀξεθρεψάμην.* Plat. Criton. 13. *ἡμεῖς γάρ σε γεννήσαντες, ἐκθρέψαντες, παιδεύσαντες.*

626. *φυτὸν* quod praebent A. B. D. et Schol. pro vulgato *κακὸν*, edidere Musgr. Valck. Brunck. Legitur quidem in Androm. 354. *εἰ γυναῖκες ἐσμὲν ἀτηρὸν κακόν.* Cum tamen mulieres quater intra tantillum spatium jam dictae essent *κακὸν*, alteram vocem, quae non minus Euripidea est, praetuli. vid. Med.
80 232. *Πάντων δ᾽, ὅσ᾽ ἔστ᾽ ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει, Γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.* Opinatur Valckenaerius in prima fabulae editione scriptum fuisse *κακὸν*, postea vero ipsum Poetam crebra vocis repetitione offensum correxisse *φυτόν.*

628. *πέπλοισιν ἐκπονεῖ* citat Eustath. ad Il. *B.* p. 170, 7 = 128, 48.

δύστηνος, ὄλβον δωμάτων ὑπεξελών.
ἔχει δ' ἀνάγκην, ὥστε κηδεύσας καλοῖς
γαμβροῖσι, χαίρων σώζεται πικρὸν λέχος·
ἢ χρηστὰ λέκτρα, πενθεροὺς δ' ἀνωφελεῖς,
λαβὼν, πιέζει τἀγαθῷ τὸ δυστυχές.
ῥᾷστον δ' ὅτῳ τὸ μηδὲν, ἀλλ' ἀνωφελὴς
εὐηθίᾳ κατ' οἶκον ἵδρυται γυνή.
σοφὴν δὲ μισῶ· μὴ γὰρ ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις
εἴη φρονοῦσα πλεῖον, ἢ γυναῖκα χρή.
τὸ γὰρ πανοῦργον μᾶλλον ἐντίκτει Κύπρις
ἐν ταῖς σοφαῖσιν· ἡ δ' ἀμήχανος γυνὴ

629. Hunc versum forsan omitti potuisse censuit Valckenaerius.

631. Proprie γαμβρὸς erat Mariti, πενθερὸς Uxoris cognatus; quod monuit Jul. Pollux III. 31. addens haec nomina a Poetis confusa esse. Eustathius etiam ad Il. *E*. p. 572, 44=435, 19. hunc locum advocat in exemplum mutatae significationis; ἡ δὲ τραγῳδία ἐν τῷ, Κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖς, τοὺς πενθεροὺς δηλοῖ. Idem notat, quod Oedipus apud Sophoclem Creontem, qui uxoris frater erat, γαμβρὸν suum appellat. Soph. Oed. T. 70. Videtur sane γαμβρὸς quemlibet affinem nonnunquam denotare: plerumque tamen apud Tragicos est *gener*. vid. Phoen. 438. Andr. 642. Suppl. 143. Iph. A. 986. χαίρον Ald.

633. Male Lascaris τῷ 'γαθῷ. Monuit Porsonus ad Phoen. 903. articulum cum α brevi semper in α longam coalescere.

634. τὸ μηδὲν subaud. οὖσα. *res nihili, nullius momenti*; de persona dictum est, ut in Nostri Cyclop. 353. Ζεῦ ξένι', ὅρα τάδ'· εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις, Ἄλλως νομίζει, Ζεῦ, τὸ μηδὲν ὢν, θεός. Tro. 416. Οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρα. ubi participium, ut hic, supprimitur. Consulendus est Elmsleius ad Heracl. 168.

635. εὐηθία Lasc. Ald. In voce ἵδρυται alludere videtur Hippolytus ad ipsius locutionem ἀγάλματι supra v. 627.

637. χρῆν Ald. γυναῖκ' ἐχρῆν Lasc. χρὴ ex uno Cod. A. 81
reposuit Musgr.

638. Pro vulgato πανοῦργον Brunckius e MSS. A. B. D. Fl. edidit κακοῦργον, quod probaverat Valck. Sed alterum, mea quidem sententia, longe melius est, et vel ob v. 1398. praeferendum, Κύπρις γὰρ ἡ πανοῦργος ὧδ' ἐμήσατο.

639. ἀμήχανος exponit per εὐήθης Eustath. ad Il. *Z*. p. 646, 3=507, 31. huc respiciens.

γνώμη βραχεία μωρίαν ἀφῃρέθη.
χρῆν δ' εἰς γυναῖκα πρόσπολον μὲν οὐ περᾶν,
ἄφθογγα δ' αὐταῖς ξυγκατοικίζειν δάκη
θηρῶν, ἵν' εἶχον μήτε προσφωνεῖν τινα,

640. *μωρία impudicitia*, vel *libido*; qua significatione adhibetur etiam in Nostri Ion. 557. Sic quoque τὸ μῶρον infr. v. 970. Fragm. Dictyos apud Stobaeum p. 149. Ed. Grot. καί μ' ἔρως ἕλοι ποτὲ, Οὐκ εἰς τὸ μῶρον οὐδέ μ' εἰς Κύπριν τρέπων. Androm. 674. ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ Γυναῖκα μωραίνουσαν ἐν δόμοις ἔχων. Comparari potest locus Troad. 996. Τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς.

641. γυναῖκα Brunckius, ex uno Cod. A. qui et χρὴ pro χρῆν exhibet.

642. δάκη θηρῶν, dicitur pro θῆρας. Hinc citat Eustathius ad Il. Γ. p. 427, 29 = 324, 36. ἄφθογγα δάκη θηρῶν. Eandem periphrasin habet Aeschylus Sept. c. Theb. 564. θηρὸς ἐχθίστου δάκους Εἰκὼ φέροντα. Similis est sententia in Androm. 945. Ἀλλ' οὔποτ', οὔποτ', οὐ γὰρ εἰς ἅπαξ ἐρῶ, Χρὴ τούς γε νοῦν ἔχοντας, οἷς ἐστὶν γυνὴ, Πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον εἰσφοιτᾶν ἐᾶν Γυναῖκας· αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν. Nostrum locum forsan respicere Aristophanem Thesm. 415. opinatur eruditus Jac. Tate.

643. Vulgo μηδέ. sed μήτε, lectionem Codicis A. Valckenaerio probatam, recepit Brunckius. Similem correctionem adhibui supr. v. 75. Flor. μήποτε. Satis notum est particulas ἵνα, ὡς, ὅπως, ὄφρα, cum indicativi temporibus praeteritis aliquando conjungi. Hujus vero constructionis rationem in gratiam tironum explicabo. Quum significare vellent Graeci aliquid futurum fuisse, si alia quaedam res contigisset, tum
82 conjunctiones istas praefigebant indicativi temporibus, prout res postularet, imperfecto, aoristis, plusquam perfecto. Et haec sane structura ab usibus particularum ὡς, ἵνα, etc. cum subjunctivo et optativo prorsus distinguenda est. Dixissent quidem χρὴ πρόσπολον οὐ περᾶν — ἵν' ἔχωσι μήτε κ. τ. λ. i. e. *that they may be able neither* etc. Dixissent etiam οὐκ εἴων πρόσπολον περᾶν — ἵν' ἔχοιεν μήτε κ. τ. λ. *that they might be able neither* etc. Diversa autem ratio est sententiae χρῆν πρόσπολον οὐ περᾶν — ἵν' εἶχον μήτε κ. τ. λ. *in which case they would be able neither*, etc. Vid. Hermann. ad Viger. p. 805. Exempla quaedam apponam, quibus haec syntaxis, Atticorum fere propria, melius percipiatur. Soph. Oed. Tyr. 1386. ἀλλ' εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν Πηγῆς δι' ὤτων φραγμὸς, οὐκ ἂν ἐσχόμην Τὸ μὴ 'ποκλεῖσαι τοὐμὸν ἄθλιον δέμας, Ἵν' ἦν τυφλός τε

μήτ᾽ ἐξ ἐκείνων φθέγμα δέξασθαι πάλιν.
νῦν δ᾽ αἱ μὲν ἔνδον δρῶσιν αἱ κακαὶ κακὰ
βουλεύματ᾽, ἔξω δ᾽ ἐκφέρουσι πρόσπολοι.
ὡς καὶ σύ γ᾽ ἡμῖν πατρὸς, ὦ κακὸν κάρα,
λέκτρων ἀθίκτων ἦλθες εἰς ξυναλλαγάς.
ἃ γὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι,
εἰς ὦτα κλύζων· πῶς ἂν οὖν εἴην κακὸς,
ὃς οὐδ᾽ ἀκούσας τοιάδ᾽, ἁγνεύειν δοκῶ;
εὖ δ᾽ ἴσθι, τοὐμόν σ᾽ εὐσεβὲς σώζει, γύναι·
εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν, ἄφρακτος, εὑρέθην,

καὶ κλύων μηδέν. 1391. *τί μ᾽ οὐ λαβὼν Ἔκτεινας εὐθὺς, ὡς ἔδειξα μήποτε Ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦν γεγώς;* Electr. 1131. Aesch. Prom. 158. *Εἰ γάρ μ᾽ ὑπὸ γῆν, νέρθεν θ᾽ Ἀΐδου Τοῦ νεκροδέγμονος εἰς ἀπέραντον Τάρταρον ἧκεν — ὡς μήτε θεὸς, Μήτε τις ἄλλος τοῖσδ᾽ ἐγεγήθει.* 774. Choeph. 193. Eur. Iph. T. 354. Nostrae fabulae v. 934. 1082. Arist. Pac. 135. Eccl. 151. Quaedam Oratorum loca congessit Valck. in Diatrib. p. 149. A. Quatuor versus emendatos exscribam, quos ex Hippolyto primo servavit Stobaeus LXXX. p. 472, 38. p. 345. Grot. *Φεῦ, φεῦ· τὸ μὴ τὰ πράγματ᾽ ἀνθρώποις ἔχειν Φωνὴν, ἵν᾽ ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λόγοι. Νῦν δ᾽ εὐτρόχοισι στόμασι τἀληθέστατα Κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν ἃ χρὴ δοκεῖν.* In secundo versu Valck. *ἦσαν* pro *ὦσι* legendum esse monuit ex Plutarch. Tom. II. p. 802. A. Tertium emendavit Porsonus in Nota MSta. Exhibet quidem Stobaeus *νῦν δ᾽ εὐρύθμοις πιστώμασι.* Sed Clemens Alex. Strom. I. p. 340. *εὐρόοισι στόμασι:* unde restituit Criticorum Princeps *Νῦν δ᾽ εὐτρόχοισι στόμασι,* conferri jubens Eur. Bacch. 268. Plutarch. Vit. Pericl. Tom. I. p. 155. C.

644. *ἐκείνου* Ald. Sed *ἐκείνων* e Codicibus et Lasc. recte edidere Valck. et Brunck.

647. *ὦ κακὸν πατρὸς κάρα* Fl.

649. *ἐξομόρξομι* Lasc. *νάμασιν ἀπομόρξομαι* X. Π. 222. 83 Aquae fontanae, quia stagnantibus puriores essent, in lustrationibus adhibebantur. Virgil. Aen. II. 719. *donec me flumine vivo Abluero.*

650. Vertit Grotius, *qui fiam malus, Qui nec, quod audivi ista, me purum puto?*

652. Hunc versum ob sigmatismum notavit Valck. Vid. infr. 1162.

653. Interpretatur Valck. post Reiskium, *Nam si jurejurando circumventus non fuissem, haud armatus adversus insi-*

οὐκ ἄν ποτ' ἔσχον μὴ οὐ τάδ' ἐξειπεῖν πατρί.
νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν, ἔς τ' ἂν ἔκδημος χθονὸς
Θησεὺς, ἄπειμι· σῖγα δ' ἕξομεν στόμα.
θεάσομαι δὲ, σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ,
πῶς νιν προσόψει καὶ σὺ, καὶ δέσποινα σή.
τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος.
ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι

*dias.* Speciosa sane correctio est summi poetae Joannis Miltoni, quam margini sui exemplaris Euripidis adscripsit, εἰ μὲν γὰρ ὅρκοις θεῶν ἄφρακτος εὑρέθην. Sed nihil mutandum. ἄφρακτος, subaudito ὢν, *incautus*; ut in Aristoph. Thesm. 580. μή τι προσπέσῃ Ὑμῖν ἀφράκτοις πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα. ὅρκους θεῶν infra v. 1040. Homerica est locutio, Odyss. *B.* 377. γρηῢς δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ἀπώμνυ. Eandem sumpsit Pindarus Olymp. VI. 119. θεῶν δ' ὅρκον μέγα μὴ παρφάμεν. Sophocles Oed. Tyr. 647. Μάλιστα μὲν τόνδ' ὅρκον αἰδεσθεὶς θεῶν. Ad εὑρέθην scribit Schol. interpretamentum ἐλήφθην καὶ εὑρέθην. Piersoni emendationem ᾑρέθην, contra Valckenaerii sententiam, recepit Brunckius.

654. μὴ τάδ' ἐ. π. vulgo, omissa altera particula, quam ex Cod. A. reposuit Brunckius: recte. et sic quidem Scholiasta.

655. Emendari jussit Dawesius Misc. Crit. p. 332. ἢ 'κδημος; cui paruerunt Valck. et Brunck. ἔς τε significans *quamdiu* cum indicativo, ἔς τ' ἂν cum subjunctivo construitur: quod monuit Valckenaerius. Monuit autem Elmsleius subjunctivum νομίζῃ subaudiri in Med. 1150. post ἔς τ' ἄν. pristinam lectionem in nostro igitur versu demum reposui.

656. ἔξω μὲν στόμα corrigere voluit Valck. et correxit Brunck. sine causa, ut videtur. De numerorum permutationibus supra diximus ad v. 268. Legit Elmsleius σῖγά θ' ἕξομεν στόμα.

84 657. σὺν πατρὶ edebatur ante Musgravium, metro et sententia repugnantibus. πατρὸς e quatuor MSS. et Lasc. restituit Musgr. σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ, *quando cum patre reverso rediero*; ut recte interpretatur Valck. cum Marklando ad Suppl. 90. Conf. Orest. 1215. παρθένου δέχου πόδα, *expecta virginis reditum.*

658. χὴ δέσποινα σή. Markland.

659. *X. Π.* 217. et 223. γεγευμένος Schol. πεπειραμένος. Sic Noster in Herc. F. 1356. Ἀτὰρ πόνων δὴ μυρίων ἐγευσάμην. Hec. 379. οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν. Soph. Trach. 1103. Ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην.

660—4. Leguntur hi quinque versus apud Stobaeum LXXI. p. 431, 37. Grot. p. 307. ubi ὄλλυσθε pro ὄλοισθε, et οὕτως

γυναῖκας, οὐδ᾽ εἰ φησί τις μ᾽ ἀεὶ λέγειν·
ἀεὶ γὰρ οὖν πως εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί.
ἤ νυν τις αὐτὰς σωφρονεῖν διδαξάτω,
ἢ κἄμ᾽ ἐάτω ταῖσδ᾽ ἐπεμβαίνειν ἀεί.

ΧΟ. τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς ἀντιστρ.
γυναικῶν πότμοι· τίνα νυν ἢ τέχναν
ἔχομεν, ἢ λόγον
σφαλεῖσαι κάθαμμα λύειν λόγου;

ΦΑΙ. ἐτύχομεν δίκας,

pro οὖν πῶς v. 662. Odium, quo mulieres prosequebatur, pari sententia exprimit Euripides in Fragm. Aeoli apud Stobaeum LXXI. p. 432, 6. Grot. p. 308. Γυναῖκα δ᾽ ὅστις παύσεται λέγων κακῶς, Δύστηνος ἆρα, κοὐ σοφὸς κεκλήσεται. Verbum ἔμπλημαι eadem significatione cum participio adhibetur in Fragm. Nostri Sylei 2. ἐμπλήσθητί μου Πίνων κελαινὸν αἷμα. Arist. Vesp. 601. Ἔμπλησο λέγων. Acharn. 235. Ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις.

665. τάλαινες Lasc. Ald. mendose. Versus est Paeonicus Dimeter, vel, si mavis, Creticus. De reliquis hujus antistrophae metris, videnda sunt quae ad strophica notavimus, supra v. 363. Totum hoc canticum Phaedrae tribuit A.

666. Aesch. Agam. 1145. Ἰώ, ταλαίνας κακόποτμοι τύχαι.

667. νῦν τέχναν Cod. A. adversante metro, non postulante, quod credidit Brunckius. Si quid mutandum esset, legerem, τίνας νυν τέχνας ἔχομεν ἢ λόγους; λόγους enim duo MSS. A. B. sed nil opus videtur: tantum dedi νυν. τίνας νῦν τέχνας Herman. 85

668. καθ᾽ ἅμμα λύσειν Ald. καθ᾽ ἅμμα λύσιν λόγου Lasc. et λόγων pro varia lectione. Cum λύσιν exhibeant MSS. etiam nonnulli, teste Musgravio, primus edidi ex ejus conjectura λύειν, quod credo, ob similitudinem literarum ε et c, in λύσιν mutatum fuisse; mox e corrigentis librarii manu profectam esse Aldinae lectionem λύσειν. Hesychio quidem recte restituerunt Viri docti κάθαμμα λύεις, sic enim MS. a Schowio collatus, glossa vero e Suida, ut videtur, adscripta est; ἐπὶ τῶν δύσλυτόν τι λύειν ἐπιχειρούντων. Proverbialis erat locutio, ut patet ex Zenobio IV. 46. Displicet Brunckio aliisque vox λόγου, pro qua νόσου proposuit Luzacius, Exercit. Academ. p. 19. φόβου G. Burges. Sed verbi repetitionem, a qua alibi Euripides minime abstinebat, in hoc loco data opera sectatus esse videtur. Nodus enim, sive difficultas, quae ab argumento profecta esset, argumento quoque solvi debebat.

669. ἔτυχον δίκας E. P. Lasc.

ἰὼ γᾶ, καὶ φῶς,
πᾶ ποτ' ἐξαλύξω τύχας;
πῶς δὲ πῆμα κρύψω, φίλαι;
τίς ἂν θεῶν ἀρωγὸς, ἢ τίς ἂν βροτῶν
πάρεδρος, ἢ ξυνεργὸς ἀδίκων ἔργων
φανείη; τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν πάθος
παρὸν δυσεκπέρατον ἔρχεται βίου.
κακοτυχεστάτα γυναικῶν ἐγώ.

ΧΟ. φεῦ, φεῦ· πέπρακται, κοὺ κατώρθωνται τέχναι,
δέσποινα, τῆς σῆς προσπόλου· κακῶς δ' ἔχει.

ΦΑΙ. ὦ παγκακίστη, καὶ φίλων διαφθορὰ,

670. ὦ γᾶ Lasc. Ald. Correxit Heathius ἰὼ γᾶ, καὶ φῶς, ob versum Antistrophicum 367. ἰώ μοι, φεῦ, φεῦ.

671. ἐξαλείξω MS. A. quod forte pro ἐξαλείψω scriptum esse putavit Musgravius.

672. Ita recte Cod. Paris. Vulgo contra metrum legebatur πῶς δὲ κρύψω, φίλαι, πῆμα; Alteram scripturam e conjectura restituendam esse monuerat Marklandus.

673. Haec imitatus est, ut videtur, Aristophanes Thesm. 715. Τίς οὖν σοι, τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν Ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις;

676. δυσεκπέραντον Ald. δυσεκπέρατον tres MSS. Lasc. et Schol. quod proculdubio verum est. ut infra v. 887. βίον habent C. E. Lasc. et A. pro var. lect. Musgravio placuit verborum
86 constructio, quam in Scholiis invenerat, τὸ γὰρ πάθος βίου παρ' ἡμῖν παρόν. Mihi potius videtur genitivus βίου pendere ab adjectivo verbali δυσεκπέρατον.

677. ἐγὼ deest in Lasc.

678. κοὺ κατώρθωται τέχνη auctoritate Codicis A. edidit Brunckius. Sed praestant, mea quidem sententia, quae vulgo leguntur, pluralia. Dubitari potest, utri lectioni faveat Scholiasta. Hunc et sequentem versum Nutrici tribuendos esse monuit Reiskius; frustra.

680. Aliam lectionem διαφθορεῦ, quam exhibent duo Codices et Χ. Π. 343. in textum intulerunt Valck. et Brunck. Sed multo melior est ad sententiam, et plus auctoritatis prae se fert vulgata διαφθορά. Res pro persona ponitur, quod apud omnes fere scriptores, praesertim Atticos, saepissime factum est. Comparat Musgravius Platonicum, λώβη καὶ διαφθορὰ τῶν ξυγγιγνομένων. Adde Nostri Androm. 299. Μεγάλαν Πριάμου πόλεως λώβαν, i. e. Parin. In Sophoclis Philoct. 622. ἡ πᾶσα βλάβη de

*οἷ᾽ εἰργάσω με. Ζεύς σ᾽ ὁ γεννήτωρ ἐμὸς*
*πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν, οὐτάσας πυρί.*
*οὐκ εἶπον; οὐ σῆς προὐνοησάμην φρενὸς,*
*σιγᾶν ἐφ᾽ οἷσι νῦν ἐγὼ κακύνομαι;*
*σὺ δ᾽ οὐκ ἀνέσχου· τοιγὰρ οὐκέτ᾽ εὐκλεεῖς*
*θανούμεθ᾽. ἀλλὰ δεῖ με δὴ καινῶν λόγων.*
*οὗτος γὰρ, ὀργῇ νῦν τεθηγμένος φρένας,*

Ulysse, in Electr. 301. de Aegistho dicitur. In ejusdem Philoct. 927. compellatur Neoptolemus, *Ὦ πῦρ σὺ, καὶ πᾶν δεῖμα, καὶ πανουργίας Δεινῆς τέχνημ᾽ ἔχθιστον, οἷά μ᾽ εἰργάσω, Οἷ᾽ ἠπάτηκας.* Sed nihil attinet exempla notissimae figurae colligere. Ceterum verborum ordinem inverterunt Valck. et Brunck. secuti Florentinum, ubi *διαφθορεῦ φίλων.* At vero plura sunt ibi in pejus mutata, quam ut in re dubia isti Codici fides habeatur. Neque de hiatu in fine versus timendum est; cum eundem in Hippolyti, quae praecesserat, oratione, octies admiserit Euripides.

681. Ita MSS. Parisienses omnes, Lasc. Schol. et *X. Π.* 341. Aldus habet *Ζεὺς ὁ γ. ἐ. Π. ἐκτρίψειέ σ᾽.* Pejus Flor. *Ζεύς γ᾽ ὁ γεννήτωρ*—.

682. *οὐτεύσας X. Π.* 342. *πρόῤῥιζον ἐκτρίβειν* proprie de urbe vel familia dicebatur: ut in Prologo Rhesi apud Valck. Diatrib. p. 90. *Εἰ μὴ κατασκαφεῖσαν ὄψομαι πόλιν Πριάμου, βίᾳ πρόῤῥιζον ἐκτετριμμένην.* Verum de homine dictum legitur etiam in loco Herodoti, quem cum nostro apte conferunt VV. DD. Lib. VI. 86. *Γλαύκου νῦν οὐκέτι ἀπόγονόν ἐστι οὐδὲν, οὐδ᾽ ἱστίη οὐδεμία νομιζομένη εἶναι Γλαύκου· ἐκτέτριπταί τε πρόῤῥι-* 87
*ζος ἐκ Σπάρτης.* Vid. Aristoph. Ran. 587. *Πρόῤῥιζος αὐτὸς, ἡ γυνὴ, τὰ παιδία, Κάκιστ᾽ ἀπολοίμην,* et ibi Spanhemium, qui docet solenne Atheniensium juramentum respici, in quo imprecabantur, ut non ipsi solum, sed uxores, liberi, et totum insuper genus funditus perirent, si pejerassent. *πρόῤῥιζον* Hesych. *σὺν ταῖς ῥίζαις ἀνασπώμενον.* Idem Latini dicebant *cum stirpe*, ut Virg. Aen. XI. 394. *Evandri totam cum stirpe videbit Procubuisse domum.*

683. Hunc et duos seq. versus adhibuit *X. Π.* 196—8. In Exercit. Academ. quae sub Luzacii auspiciis Lugduni prodierunt, p. 19. emendatum est, *οὐκ εἶπον, ὡς σῆς προὐνοησάμην φρενὸς*, frigide sane. Vulgatum defendere poterit Baccharum versus 649. *Οὐκ εἶπον; οὐκ ἤκουσας, ὅτι λύσει μέ τις;*

685. *σὺ δ᾽ οὐκ ἀνέσχου·* subaud. *σιγῶσα*, et vid. supra ad vv. 354. 361.

687. *συντεθηγμένος* vulgo. Emendavit Piersonus *νῦν τε-*

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG

ἐρεῖ καθ' ἡμῶν πατρὶ σὰς ἁμαρτίας,
πλήσει τε πᾶσαν γαῖαν αἰσχίστων λόγων.
ὄλοιο καὶ σὺ, χὤστις ἄκοντας φίλους
πρόθυμός ἐστι μὴ καλῶς εὐεργετεῖν.
ΤΡ. δέσποιν', ἔχεις μὲν τἀμὰ μέμψασθαι κακά·
τὸ γὰρ δάκνον σου τὴν διάγνωσιν κρατεῖ·
ἔχω δὲ κἀγὼ πρὸς τάδ', εἰ δέξει, λέγειν·
ἔθρεψά σ', εὔνους τ' εἰμί· τῆς νόσου δέ σοι
ζητοῦσα φάρμακ', εὗρον οὐχ ἃ βουλόμην.
εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξα, κάρτ' ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν·
πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.

θηγμένος, quod, Valckenaerii judicium secutus, admisi. — Idem fecerat Brunckius, etsi postea ipsum sui facti poenituit. Verum neque praepositio σὺν hic locum habet; neque compositum συνθήγω alibi reperire potui. Contra λῆμ' ἔχων τεθηγμένον est in Nostri Orest. 1641. cui plura similia apud Tragicos invenias.

688. τὰς ἁμαρτίας Lasc. Ald. et MSS. praeter A. cujus auctoritate correxit Musgravius σὰς ἁμ. Post hunc vulgo sequitur versus, quem omittit ille Codex, ἐρεῖ δὲ Πιτθεῖ τῷ γέροντι συμφορὰς, quemque ut ab interpolatoris manu profectum, cum Brunckio delevi. Mox idem praebet πλήσει δὲ, quod recepto minime praeferendum videtur. πλήσει τε, praeter Lasc. Ald. et MSS. habet etiam *X. Π.* 212. et 964.

88 696. Ita Lasc. et MSS. rectius quam quod Aldina exhibet ζητοῦσά γ' εὗρον φάρμακ'.

697. Proponunt Heathius et Musgravius εἰ δ' εὖ γ' ἔπραξ' ἂν, quod plane barbarum est; particulae εἰ ἂν nusquam in eodem sententiae membro leguntur, nedum cum Verbo indicativo conjunctae. Falluntur etiam Valckenaerius et Brunckius, cum voculam ἂν aeque ad ἔπραξα quam ad ἦν referendam esse cogitent. Constructione nihil expeditius aut facilius; eadem est in Orest. 241. *Εἰ μόνος ἐσώθη, μᾶλλον ἂν ζηλωτὸς ἦν.* Hom. Il. *E.* 679. *Καί νυ κ' ἔτι πλέονας Λυκίων κτάνε δῖος Ὀδυσσεὺς, Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ.* Codd. A. Fl. solito librariorum errore exhibent κάρτα γ' ἐν σ. ἦν. ἔπραττον pro ἔπραξα Schol.

698. „*Eustathius ad Iliad. K.* p. 786, 7=698, 36." R.P. πρὸς τὰς τύχας bene vertit Musgravius *pro rerum exitu*, conferens Helen. 329. *Πρὸς τὰς τύχας τὸ χάρμα, τοὺς γόους τ' ἔχε.* τὰς φρένας κεκτήμεθα, *prudentiae opinionem possidemus*: in hoc sensu adhibetur κτᾶσθαι in Med. 220. *Δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ*

ΦΑΙ. ἦ γὰρ δίκαια ταῦτα κἀξαρκοῦντά μοι,
τρώσασαν ἡμᾶς εἶτα συγχωρεῖν λόγοις;
ΤΡ. μακρηγοροῦμεν· οὐκ ἐσωφρόνουν ἐγώ.
ἀλλ' ἔστι κἀκ τῶνδ' ὥστε σωθῆναι, τέκνον.
ΦΑΙ. παῦσαι λέγουσα· καὶ τὰ πρὶν γὰρ οὐ καλῶς
παρῄνεσάς μοι, κἀπεχείρησας κακά·
ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπελθε, καὶ σαυτῆς πέρι
φρόντιζ'· ἐγὼ γὰρ τἀμὰ θήσομαι καλῶς.
ὑμεῖς δέ, παῖδες εὐγενεῖς Τροιζήνιαι,
τοσόνδε μοι παράσχετ' ἐξαιτουμένῃ,
σιγῇ καλύπτειν, ἅνθάδ' εἰσηκούσατε.
ΧΟ. ὄμνυμι σεμνὴν Ἄρτεμιν Διὸς κόρην,
μηδὲν κακῶν σῶν εἰς φάος δείξειν ποτέ.
ΦΑΙ. καλῶς ἔλεξας· ἓν δὲ προτρέπουσ' ἐγὼ

ῥαθυμίαν. Iph. T. 676. *Καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι.* et alibi.

699. *ἦ καὶ δίκαια* Cod. Par. *κοὐξαρκοῦντά μοι* Lasc. Vid. supr. ad v. 278.

700. Nonnulla in hoc versu interpretando exorta est difficultas, quod verba *συγχωρεῖν λόγοις* alium postulare sensum videntur, alium supra v. 299. *Ἢ τοῖσιν εὖ λεχθεῖσι συγχωρεῖν λόγοις.* Interpretatio quidem, quam olim protuleram, hodie mihi parum satisfacit. Vertendum puto, *After having injured me, then to meet me in argument.* De usu τοῦ *εἶτα* inter participium et verbum positi, vide Koen. ad Gregorium p. 62. *τρώσαντες* Flor.

705-6. *Χ. Π.* 228-9. Euripidem reprehendit Brumoeus, 89
quod in reliqua fabula quid de Nutrice factum sit, ne verbo quidem indicaverit. Distinctionem inter formulas *τἀμὰ θήσομαι καλῶς*, et *ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς*, supra v. 523. notavit Kusterus de Verbis Mediis Sect. I. 47. De locutione *εὖ θέσθαι* vel *καλῶς θέσθαι τὸ παρὸν*, luculente disseruit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 405.

708. *τοσόνδ' ἐμοὶ* Brunckius, qui et infra 727. *τῆσδ' ἐμοί.*

709. *καλύψειν* B. D. *καλύψαθ'* Lasc. Ald. *καλύπτειν* A. Fl. et sic Musgr. Valck. Brunck.

712. Vulgo *ἐλέξασθ'*. sed *ἔλεξας* e Cod. Flor. certissime reposuit Valckenaerius, indicans quatuordecem alia Euripidis loca, in quibus eadem formula *καλῶς ἔλεξας* legitur. Deinde *προτρέπουσ'* Lasc. Ald. ut vulgo editur, sed Brunckius dedit *προστρέπουσ'*, i. e. *obsecrans*, quod pro varia lectione habet MS. B. fir-

εὕρημα δή τι τῆσδε συμφορᾶς ἔχω,
ὥστ' εὐκλεᾶ μὲν παισὶ προσθεῖναι βίον,
αὐτὴ δ' ὄνασθαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα.
οὐ γάρ ποτ' αἰσχυνῶ γε Κρησίους δόμους,
οὐδ' εἰς πρόσωπον Θησέως ἀφίξομαι
αἰσχροῖς ἐπ' ἔργοις, οὕνεκα ψυχῆς μιᾶς.
ΧΟ. μέλλεις δὲ δή τι δρᾶν ἀνήκεστον κακόν;
ΦΑΙ. θανεῖν· ὅπως δέ, τοῦτ' ἐγὼ βουλεύσομαι.
ΧΟ. εὔφημος ἴσθι. ΦΑΙ. καὶ σύ γ' εὖ με νουθέτει.

mantibus aliis Codicibus; nam προστρέπτουσ' D. προστρέπω σ' E. Visum est vulgatam lectionem in textu retinere, etsi, fateor, neque haec, neque προστρέπουσ' mihi satisfacit: neutri certe convenit Scholiastae interpretatio ἀντὶ τοῦ ζητοῦσα καὶ ἐξερευνῶσα; nec dubito quin aliter scripserit Euripides: conjicio equidem προσκοποῦσ', quod a vestigiis literarum in Codd. non longe recedit. Sed judicabit eruditus Lector. προσβλέπουσα vel προβλέπουσα conj. Wakefield.

713. δῆτα pro δή τι e duobus Codd. Brunckius. Conf. Heraclid. 534. Εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ' ἐγὼ Κάλλιστον εὕρηκ', εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.

90 714. προθεῖναι Lasc. Vide notata supra ad v. 624.

917. λίχνος proprie est *catillo, gulosus.* metaphorice autem *curiosus, qui rebus quibuslibet cognoscendis avide inhiat.* Ad hunc usum vocum λίχνος et λιχνεία respiciens Porsonus, in margine editionis Brunckianae scripserat, „*Athen.* V. p. 220. B. (corr. C.) *Synes. Dion.* p. 44. A. 11. *Schol. Townl. in Il.* Ξ. 171. *H. Steph. Thes. L. G.* T. I. p. 1939. C. D. E. *Menander*, Τό τ' ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον." R. P. Synesii locus est — τὴν ἐν τῇ φύσει λιχνείαν, ὑφ' ἧς ἕκαστός ἐστι πολυπράγμων τοῦ ἀποῤῥήτου. Hesychius λίχνος· ὀψοφάγος, λαίμαργος, λίμβος, πολυπράγμων. ultima harum interpretationum fortasse nostrum versum respicit. Scholiasta exponit λίχνος· ἐπιθυμητικὴ, περίεργος.

918. „*Eustath. Il. A.* p. 156, 15. *Rom.* 118, 16. *Bas.*" R. P. Citat Eustathius φίλους, κἄτι μᾶλλον ἢ φίλους. Comparat Valckenaerius Aesch. Prom. 986. (1023. Ed. Blomf.) Οὐ γάρ συ παῖς τε, κἄτι τοῦδ' ἀνούστερος; Hec. 667. Ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω. Soph. Antig. 64. Sed non debebat ille cogitare de scribendo οὐ μὴν φίλους τε; neutiquam enim otiosa est parti- 115
cula γε.

920. ὦ πόλλ' ἁμαρτάνοντες MSS. et Edd. sed ἁμαρτάνειν μάτην vix dixisset Tragicus; et vox ἁμ. huic loco parum apta videtur. Recepi emendationem Marklandi, quam confirmat similis locus Hecubae 808. Neque me movet Valckenaerii objectio, de docentibus, non de discentibus locutum esse Thesea. Enimvero necesse est ut is qui alios varias artes doceat, ipse prius didicerit. Brunckius, Valckenaerio obsecutus, post ἄνθρωποι distinxit, et μάτην cum sequentibus conjunxit, unde durissima fit verborum collocatio. ἄνθροποι Lasc.

923. ἔνθ' οὐκ ἐπ'. Cod. Paris. οὐδὲ δὴ θηρᾶσθέ πω Ald.

924. αἶσιν οὐκ ἐστὶ νοῦς Fl. „Theognis ap. Stob. et Xenoph. I. ii. 20. ἢν δὲ κακοῖσι Συμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον. Quivis legerit καὶ τὸν ἐνόντα νόον, atque ita quidem citat

ΙΠ. δεινὸν σοφιστὴν εἶπας, ὅστις εὖ φρονεῖν
τοὺς μὴ φρονοῦντας δυνατός ἐστ᾽ ἀναγκάσαι.
ἀλλ᾽, οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖς, πάτερ,
δέδοικα μή σου γλῶσσ᾽ ὑπερβάλῃ κακοῖς.
ΘΗ. φεῦ· χρῆν βροτοῖσι τῶν φίλων τεκμήριον
σαφές τι κεῖσθαι, καὶ διάγνωσιν φρενῶν,
ὅστις τ᾽ ἀληθής ἐστιν, ὅς τε μὴ φίλος·
δισσάς τε φωνὰς πάντας ἀνθρώπους ἔχειν,
τὴν μὲν δικαίαν, τὴν δ᾽, ὅπως ἐτύγχανεν·
ὡς ἡ φρονοῦσα τἄδικ᾽ ἐξηλέγχετο
πρὸς τῆς δικαίας, κοὐκ ἂν ἠπατώμεθα.

Aristotel. Eth. Nicom. IX. Idem v. 88. Gnom. Poet. σοὶ πιστὸς ἔνεστι νόος." Blomfield. „Aristoph. Thesm. 1124. Ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ᾽ ἔνεστί μοι." Jac. Tate.

926. ἀναγκάζειν Aldus, et qui eum secuti sunt editores, donec turpem mendam auctoritate Codicum sustulit Musgravius.

927. οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖς vertendum, *non enim in opportuno rerum statu subtilia disputas.* id est, *non enim res postulat istas tuas subtiles disputationes.* ἐν δέοντι similiter adhibitum est in Nostri Orest. 206. Med. 1274. Alcest. 833. Οὐκ ἦλθες ἐν δέοντι δέξασθαι δόμοις. Supplent plerumque Viri docti καιρῷ, neque ego obnixe repugno; incerti enim Poetae senarius a Valckenaerio citatus e Stobaeo, XXXVI. p. 217, 6. p. 143. Grot. Ληρεῖς, ἐν οὐ δέοντι καιρῷ φιλοσοφῶν. Rectius tamen, ut videtur, ab impersonali δεῖ derivantur participia δέον, δέοντι.
116 Alcest. 1120. Πιθοῦ· τάχ᾽ ἂν γὰρ εἰς δέον πέσοι χάρις. Vid. Schaefer. ad Bos. Ellips. p. 209. λεπτουργεῖν statuit Valckenaerius idem fere notare ac Aristophaneum λεπτολογεῖν Nub. 320. Similem quidem locutionem habet Noster in Med. 1077. Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων Μύθων ἔμολον. Emendari jussit Marklandus οὐ γὰρ ἐν δέοντι λεπτουργεῖν, quod vulgato deterius.

929. Vertit Grotius in Excerpt. p. 218. *Debuerat esse certa amicorum nota Discriminatrix mentium, unde agnosceres Quis verus esset, quisve sublesta fide.* Valckenaerius huc respexisse putat Ciceronem de Amicitia c. 17. *querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent; ut capras et oves, quot quisque haberet, dicere posset; amicos quot haberet non posset dicere: et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse: nec habere quasi signa quaedam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, judicarent.*

932. δισσὰς δὲ vulgo. δισσάς τε Valck. ex Codd. A. Fl.

934. Vide supra ad v. 643.

ΙΠ. ἀλλ' ἤ τις εἰς σὸν οὖς με διαβαλὼν ἔχει
φίλων, νοσοῦμεν δ', οὐδὲν ὄντες αἴτιοι;
ἔκ τοι πέπληγμαι· σοὶ γὰρ ἐκπλήσσουσί με
λόγοι, παραλλάσσοντες ἔξεδροι φρενῶν.
ΘΗ. φεῦ τῆς βροτείας, ποῖ προβήσεται, φρενός;
τί τέρμα τόλμης καὶ θράσους γενήσεται;
εἰ γὰρ κατ' ἀνδρὸς βίοτον ἐξογκώσεται,
ὁ δ' ὕστερος τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολὴν

936. ἀλλ' εἴ τις Lasc. Ald. Sed recte Canterus ἀλλ' ἦ τις, quod exhibent membranae, quodque e Scholiis tuetur Marklandus, monens cum interrogatione legendum: et sic quidem 2da ed. Musgravius, et Brunckius. Valckenaerius autem revocavit ἀλλ' εἴ τις, et delendo δ' post νοσοῦμεν, frigidam effinxit sententiam. Interrogandi formula est ἀλλ' ἦ supra v. 861. Ion. 768. Ἀλλ' ἦ τι θεσφάτοισι δεσποτῶν νοσῶ; Phoen. 1718. ἀλλ' ἦ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά; Sophocl. Electr. 879. et alibi.

937. νοσοῦμεν δ' οὐδὲν ὄντες αἴτιοι; vertas, *and am I suffering, who am not at all guilty?* νοσεῖν apud Tragicos saepe dicitur de iis, qui malo quolibet, vel infortunio, vel periculo la- 117
borant.

938. ἦτοι πέπ. Cod. Par. male. ἔκ τοι πέπληγμαι senarium inchoat supra 342. Herc. F. 1108. quod notavit Valck. ἐκπλήσσουσί με Lasc. qui contrario vitio duplicat σ in γενήσεται v. 941.

939. Vertendum, *verba aberrantia extra sedem et fines rationis;* sive *delirantia.* Citat Musgravius Platonis Timaeum p. 1046. D. ed. Ficin. εἰ μὴ παντάπασι παραλλάττομεν. *nisi plane deliramus.* Corrigendum censet Blomfieldius ἔξεδρον.

940-1. X. Il. 422-3.

942. βίοτος Ald. et ita diu legebatur, contra sententiam loci, et Codicum auctoritatem. Reposuit tandem Musgravius βίοτον, quod exhibent Lasc. et MSS. omnes. Valckenaerius censet ἐξογκώσεται esse e numero futurorum mediae formae, quae, praesertim apud Atticos scriptores, passive significant: sic στερήσεσθε infra v. 1458. ubi de his agere instituimus. κατ' ἀνδρὸς βίοτον exponit Valck. κατὰ γενεάν.

943. τοῦ πρόσθεν εἰς ὑπερβολήν. hujus constructionis exemplum dabit Noster in Fragm. Autolyci apud Athen. X. p. 413. D. πῶς γάρ, ὅστις ἔστ' ἀνὴρ Γνάθου τε δοῦλος, νηδύος θ' ἡσσημένος, Κτήσαιτ' ἂν ὄλβον εἰς ὑπερβολὴν πατρός; Citat Valck. Anaxilam Athenaei XIII. p. 558. A. ubi de meretricibus dicitur, Τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος, ἢ χίμαιρα πυρπνόος, Ἢ Χάρυβδις, ἢ τρίκρανος Σκύλλα ποντία κύων, Σφίγξ, ὕδρα, λέαιν', ἔχιδνα,

πανοῦργος ἔσται, θεοῖσι προσβαλεῖν χθονὶ
ἄλλην δεήσει γαῖαν, ἣ χωρήσεται
τοὺς μὴ δικαίους καὶ κακοὺς πεφυκότας.
σκέψασθε δ' εἰς τόνδ', ὅστις, ἐξ ἐμοῦ γεγὼς,
ᾔσχυνε τἀμὰ λέκτρα, κἀξελέγχεται
πρὸς τῆς θανούσης ἐμφανῶς κάκιστος ὤν.
δεῖξον δ', ἐπειδή γ' εἰς μίασμ' ἐλήλυθας,
τὸ σὸν πρόσωπον δεῦρ' ἐναντίον πατρί.
σὺ δὴ θεοῖσιν, ὡς περισσὸς ὢν ἀνὴρ,
ξύνει; σὺ σώφρων, καὶ κακῶν ἀκήρατος;
οὐκ ἂν πιθοίμην τοῖσι σοῖς κόμποις ἐγὼ,
θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς.
ἤδη νυν αὔχει, καὶ δι' ἀψύχου βορᾶς
σίτοις καπήλευ', Ὀρφέα τ' ἄνακτ' ἔχων,

πτηνά θ' ἁρπυιῶν γένη, Εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τοῦ καταπτύστου γένους. Cum sententia nostri loci quivis comparabit Horat. Carm. III. vi. 46. *Aetas parentum, pejor avis, tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem.* ὑπεροβλὴν Lasc.

945. Usitatior structura esset δεήσει θεοὺς προσθεῖναι χθονὶ ἄλλην γαῖαν.

118 948. Lasc. νέκτρα et in v. 594. πυθοίμην.

950. Valckenaerio placuit Musgravii conjectura ἐλήλυθα. Putavit ille Thesea significasse *quandoquidem mihi jam piaculum contraxi, tecum collocutus, qui tanto sis scelere contaminatus.* Sed hoc nimis argutum, et a Tragici nostri simplicitate abhorrens.

952. Huc respexit Eustathius ad Il. Δ. p. 484, 15=369, 14. λέγει δέ που καὶ ὁ Εὐριπίδης ἐπὶ ἐπαίνῳ τὸ Περισσὸς ὢν ἀνὴρ, ἀντὶ τοῦ μέγας, πολύς. conferens περισσὸς Ἀριστείδης, περισσὸς τὴν σοφίαν. Enimvero ille dictus fuit περισσὸς, qui prudentia, pietate, justitia, vel alia qualibet re hominis modum excederet. Itaque nunc in bonam nunc in malam partem, pro mente loquentis, vox accipienda est. vid. supra v. 447.

956-7. Vulgo ἤδη νῦν αὔχει, metro pessundato. νυν encliticum reposuit Valck. καπηλεύειν proprie *cauponari*, inde etiam denotat *quaestum aliquem fraudulentum exercere.* Cum accusativo in Aesch. Sept. c. Theb. 551. ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην. Hoc imitatus est, ut videtur, Ennius apud Cicer. de Offic. I. 12. *Nec cauponantes bellum, sed belligerantes, Ferro non auro vitam cernamus utrique.* Idem significant καπηλεύειν μάχην et *cauponari bellum*, scil. *to make war a gainful trade.* Ennii locum cum Aeschyleo contulit Stanleius post G. Canter. Nov. Lect. Plato in

*Βάκχευε, πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνοὺς,*
*ἐπεί γ' ἐλήφθης. τοὺς δὲ τοιούτους ἐγὼ*

Protagor. p. 219. C. de Sophistis, οὕτω δὴ καὶ οἱ τὰ μαθήματα περιαγαγόντες κατὰ τὰς πόλεις, καὶ πωλοῦντες, καὶ καπηλεύοντες 119
τῷ ἀεὶ ἐπιθυμοῦντι κ. τ. λ. Vertas autem καὶ δι' ἀψ. β. Σ. κ. *et victu illo tuo ex cibis inanimis constante, hominibus fraudem facito.* De voce καπηλεύειν sequentia notavit Blomfieldius. „Herodot. I. 155. πρόειπε δὲ αὐτοῖσι κιθαρίζειν τε καὶ ψάλλειν καὶ καπηλεύειν παιδεύειν τοὺς παῖδας, καὶ ταχέως σφέας, ὦ βασιλεῦ, γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γεγονότας. Qui locus apprime huc facit. Cf. Spanhem. ad Aristoph. Plut. 1064. In Aeschyli loco ap. Suid. v. *Κάπηλος*. Etymol. *M.* p. 490, 12. κάπηλα προφέρων τεχνήματα, nemo est qui non reposuerit προσφέρων. Alium locum ex Herodoto protulit Grotius ad D. Pauli Ep. II. Cor. ii. 17. Plura Schleusnerus in voce. Sed instar omnium magnus Bentleius (*Sermon upon Popery*, p. 3. *seq.*)“

Observat Scholiasta hic tangi Pythagoricos, qui a carnibus animantium abstinebant. Ad hoc Orphei institutum respexit Horatius Art. Poet. 391. *Sylvestres homines sacer interpresque Deorum Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus.* Institutis autem Bacchicis, Orphicis, et Pythagoricis eadem perhibetur origo fuisse; cujus rei testem citat Valckenaerius Herodotum II. 81. ὁμολογέει δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι [καὶ *Βακχικοῖσι*, ἐοῦσι δὲ *Αἰγυπτίοισι*,] καὶ *Πυθαγορείοισι*. ubi voces uncinis inclusas in textu reponendas e Codd. censet Vir doctissimus. In Apollodoro quidem legimus εὗρε δὲ Ὀρφεὺς καὶ τὰ *Διονύσου* μυστήρια Lib. I. 3. p. 17. Pro σίτοις conjecit Musgravius ἦθος, Valck. σύ τοι. Credit sane Vir eruditus (*Quart. Rev.* viii. p. 224.) hic respicere poetam τοὺς Ὀρφεοτελέστας, quos incantandi ac divinandi artes in Graecia exercuisse constat ex Theophrasto, *Χαρακτ. Ἠθικ.* 16. Conferre possis infra v. 1041. *Ἆρ' οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυχ' ὅδε;*

958. καπνοὺς *res nihili, nugas.* Aristoph. Nub. 319. καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν. ad quem locum Schol. ἀντὶ τοῦ περὶ μηδενὸς καὶ κενῶν πραγμάτων. Idem Scholiasta ad v. 252. τὰ μηδενὸς ἄξια καπνοὺς, καὶ σκιὰς, καὶ νεφέλας ὀνομάζομεν. *Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ· Καπνοὺς ἀποφαίνει καὶ σκιάς.* ibi Spanhemius affert Soph. Antig. 1169. *ἐὰν δ' ἀπῇ Τούτων τὸ χαίρειν, τἆλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς Οὐκ ἂν πριαίμην.*

959. Valckenaerius citat loca quaedam, in quibus ἐλήφθην significat *deprehensus sum:* et confert ἁλίσκομαι infra v. 963. Aristoph. Nub. 1076. *Ἥμαρτες, ἠράσθης, ἐμοίχευσάς τε, κᾆτ' ἐλήφθης.* ibi Porsonus probat Bentleii emendationem κᾆτ' ἐλήφθης pro κατελήφθης, observans, simplex verbum in his rebus

φεύγειν προφωνῶ πᾶσι· θηρεύουσι γὰρ
σεμνοῖς λόγοισιν, αἰσχρὰ μηχανώμενοι.
τέθνηκεν ἥδε· τοῦτό σ' ἐκσώσειν δοκεῖς;
ἐν τῷδ' ἁλίσκει πλεῖστον, ὦ κάκιστε σύ.
ποῖοι γὰρ ὅρκοι κρείσσονες, τίνες λόγοι,
τῆσδ' ἂν γένοιντ' ἄν, ὥστε σ' αἰτίαν φυγεῖν;
μισεῖν σε φήσεις τήνδε, καὶ τὸ δὴ νόθον
τοῖς γνησίοισι πολέμιον πεφυκέναι;
κακὴν ἄρ' αὐτὴν ἔμπορον βίου λέγεις,
εἰ δυσμενείᾳ σῇ τὰ φίλτατ' ὤλεσεν.
ἀλλ' ὡς τὸ μῶρον ἀνδράσιν μὲν οὐκ ἔνι,

composito usitatius esse: idem pro vulg. ἐμοίχευσάς τι corrigit ἐμ. τε.

120 960. προσφωνῶ Lasc.

962. ἐκσώζειν. Cod. A. ut ediderunt Musgr. et Brunck. Sed melius videtur ἐκσώσειν, in quo consentiunt Lasc. Ald. et ceteri Codices praeter Flor. qui habet ἐκσῶσαι.

966. Aldus μισεῖν γε, et mox τοῖς γνησίοις σου, utrumque corrupte. Recte emendavit Canterus, cujus conjecturas confirmant Lascaris et MSS.

968. Exponit Schol. οἱ ἔμποροι τὰ μὲν παρέχουσι, τὰ δὲ λαμβάνουσι· καὶ τοῦτο ἐπ' ὠφελείᾳ ποιοῦσι· εἰ οὖν αὕτη τὴν ψυχὴν αὐτῆς ἔδωκεν ἵνα σε μισητὸν τῷ πατρὶ καταστήσῃ, ἄφρων ἄρα καθέστηκε, τοιαύτην ὁδὸν ἐμπορευομένη· οἱ γὰρ ἔμποροι ἐπὶ κέρδει πραγματεύονται.

969. τὰ φίλτατα frequentabat Euripides, ut denotaret *parentem*, *conjugem*, vel *liberos*. De *marito* dicitur in Herc. F. 515. Ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ'; ἢ τί φῶ; de *patre* Ion. 537. 583. Σύ τ' αὖ τὰ φίλταθ' εὗρες, οὐκ εἰδὼς πάρος. De *filio* ibid. 533. De *filia* Troad. 374. Ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ σοφὸς ἐχθίστων ὕπερ Τὰ φίλτατ' ὤλεσ'. Iph. A. 1170. In Soph. Oed. C. 1110. Oedipus de *filiabus suis*, Ἔχω τὰ φίλτατ'. In nostro igitur versu τὰ φίλτατα intelligo de marito ac liberis Phaedrae quos cum vita simul amiserat: vertendum autem puto, *if from her hatred of you she lost her dearest connections.* nec aliter in Alcest. 350. Σὺ δ', ἀντιδοῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα Ψυχῆς, ἔσωσας. Aliis forsan magis arriserit Valckenaerii interpretatio, qui τὰ φίλτατα hic et in Alcestidis loco exponit per *ipsam vitam.* A. et Fl. ἢ δυσμενείᾳ.

121 970. Vide supra v. 640. et ibi notata. Observat Valck. supplendum esse φήσεις hic et infra v. 1017. ut sit ἀλλὰ φήσεις ὡς —;

*γυναιξὶ δ' ἐμπέφυκεν; οἶδ' ἐγὼ νέους*
*οὐδὲν γυναικῶν ὄντας ἀσφαλεστέρους,*
*ὅταν ταράξῃ Κύπρις ἡβῶσαν φρένα·*
*τὸ δ' ἄρσεν αὐτοὺς ὠφελεῖ προσκείμενον.*
*νῦν οὖν, τί ταῦτα σοῖς ἁμιλλῶμαι λόγοις,*
*νεκροῦ παρόντος μάρτυρος σαφεστάτου;*
*ἔξεῤῥε γαίας τῆσδ' ὅσον τάχος φυγάς·*
*καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς,*
*μήτ' εἰς ὅρους γῆς, ἧς ἐμὸν κρατεῖ δόρυ.*
*εἰ γὰρ παθών γε σοῦ τάδ' ἡσσηθήσομαι,*
*οὐ μαρτυρήσει μ' Ἴσθμιος Σίνις ποτὲ*

971. Fl. *ἐμπέφυκας* et v. 974. *προκείμενον.*

974. *τὸ ἄρσεν* est *natura virilis ingenii*, ut in Menandro supra citato ad v. 917.

975. Aldus habet *τί οὖν;* sed hiatum post vocem *τί* nunquam admittebant Tragici, teste quam idoneo Porsono ad Phoen. 892. Jure igitur nuperi editores reposuere *νῦν οὖν* ex Codd. omnibus Lasc. et Schol. Legitur quidem in Soph. Phil. 100. *Τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδῆ λέγειν;* sed ibi corrigendum puto *Τί μ' οὖν ἄνωγας.* In Aesch. Suppl. cum Stanleio legerim *Τίς οὖν ὁ δῖος πόρτις εὔχεται βοός;* pro vulgato *τί οὖν.* Nec dubito quin in Septem contra Thebas versus 214, 710. eodem vitio laborantes, emendaturus sit Blomfieldius, in editione ejus Tragoediae, quae ut brevi in lucem prodeat, omnes antiquarum literarum amantes mecum impense optant. [In illo loco *Τί δ' οὖν*, in hoc edidit *Τί νυν.*] Ceterum apud Comicos hiatus iste satis usitatus est.

976. Meminerint tirones, *νεκρὸς*, ubicunque *cadaver* significat, generis esse masculini. Hoc post alios monuit Porsonus ad Hec. 671.

977. Observat Valck. simplex *ἔῤῥω* frequentissimum esse, composita ejus rariora. Et sane, unum aliud exemplum in Euripidis fabulis recordor, Herc. F. 259. *ἀπέῤῥων δ' ἔνθεν ἦλθες ἐνθάδε, Ὕβριζ.*

978. Versus est nostri Iph. T. 1449. *Ὅταν δ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς.* Idem est Athenarum Epitheton, Soph. Electr. 707.

980. Corrupte Fl. *παρὼν γε*, et mox *μαρτυρήσαις*, *Σίνεις.* 983. *οὐδ' ἐν θαλάσσῃ.* 987. *ξύστασις τῶν σῶν φρ.*

981. *Σίννις* vulgo. Valckenaerius restituit e Fl. et Lasc. 122
*Σίνις*, quod sine istis auctoritatibus restituendum erat: primam enim syllabam brevem habet. Quam proni essent librarii ad du-

*κτανεῖν ἑαυτὸν, ἀλλὰ κομπάζειν μάτην·*
*οὐδ' αἱ θαλάσσης ξύννομοι Σκειρωνίδες*

plicandam ν, patebit ex insigni Blomfieldii nota in Glossario ad Aesch. Prom. 53. Varia loca veterum hanc historiam spectantia, congessit Meursius in Theseo Cap. V. quorum praecipua indicabo. Apollodorus Bibl. III. 16. p. 561. Δεύτερον δὲ (Θησεὺς) κτείνει Σίνιν τὸν Πολυπήμονος καὶ Συλέας τῆς Κορίνθου· οὗτος Πιτυοκάμπτης ἐκαλεῖτο· οἰκῶν γὰρ τὸν Κορινθίων ἰσθμὸν, ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμπτοντας ἀνέχεσθαι· οἱ δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐκ ἠδύναντο κάμπτειν, καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναῤῥιπτούμενοι πανωλέθρως ἀπώλλυντο. Τούτῳ τῷ τρόπῳ Θησεὺς Σίνιν ἀπέκτεινε. Paullo aliter saevitiam ejus describit Diod. Sic. IV. 59. p. 303. Θησεὺς — πρῶτον μὲν οὖν ἀνεῖλε τὸν ὀνομαζόμενον Κορυνήτην, χρώμενον τῇ προσαγορευομένῃ κορύνῃ, καὶ τοὺς παριόντας ἀποκτείνοντα. δεύτερον δὲ τὸν ἐν Ἰσθμῷ κατοικοῦντα Σίνιν· οὗτος γὰρ δύο πίτυς κάμπτων, καὶ πρὸς ἑκατέραν τὸν ἕνα βραχίονα προσδεσμεύων, ἄφνω τὰς πίτυς ἠφίει· διόπερ τῶν σωμάτων διὰ τὴν βίαν ἀποσπωμένων, συνέβαινε τοὺς ἀτυχοῦντας μετὰ μεγάλης τιμωρίας τελευτᾶν. ubi male Wesselingius edidit ἀποσπώμενον. Ovid. Met. VII. 440. *Occidit ille Sinis, magnis male viribus usus, Qui poterat curvare trabes, et agebat ab alto Ad terram late sparsuras corpora pinus.* Ejusdem meminit Ovidius Ep. Her. ii. 70. Ib. 409. Pausanias Corinth. I. 37. de hac historia agens, refert ad suam usque aetatem permansisse istam pinum. Ceterum Euripidis Scholiasta fabulam illam notissimam, quae vulgo de Procruste narratur, ad Sinin retulit. Pindari etiam Scholiasta in Argument. ad Isthm. Sinin et Procrusten confundere videtur. σίνις autem appellatio fuit cuivis latroni indita, ut in Epigramm. Anytae. Anthol. III. xxiii. 11. Ἦ γάρ σ' ὑπνώοντα σίνις λαθρηδὸν ἐπελθὼν Ἔκτεινεν. Hesych. Σίνις· κλέπτης, κακοῦργος, λῃστής. Dixit igitur Aeschylus in Agam. 726. Ἔθρεψεν δὲ λέοντα σίνιν δόμοις. De leone etiam Callimachus Hymn. in Apoll. 91. ἧχι λέοντα Ὑψηΐς κατέπεφνε, βοῶν σίνιν Εὐρυπύλοιο. Isthmius igitur κατ' ἐξοχὴν vocabatur Σίνις. Vid. Aristot. Rhet. III. 3. De voce πιτυοκάμπτης fusa est disputatio Hemsterhusii ad Lucian. Tom. I. p. 36.

982. κτανεῖν γ' Brunckius, Codicem A. perperam secutus.

983. σύννομοι proprie dicuntur equi et boves, qui iisdem
123 pascuis utuntur, hinc ad alia animalia quae una pascuntur, vox translata est; ut de *avi* in Aristoph. Av. 209. Audacissima vero metaphora vocat Noster scopulos συννόμους maris, id est *vicinos.* σύννομος est *vicinus* in Helen. 1507. ubi grues σύννομοι νεφέων. In isto versu corrigendum δρόμῳ pro δρόμου me monuit Blomfieldius. De Scironiis scopulis egerunt Burmannus ad Ovid. IV. 525.

φήσουσι πέτραι, τοῖς κακοῖς μ' εἶναι βαρύν.
ΧΟ. οὐκ οἶδ' ὅπως εἴποιμ' ἂν εὐτυχεῖν τινα
θνητῶν· τὰ γὰρ δὴ πρῶτ' ἀνέστραπται πάλιν.
ΙΠ. πάτερ, μένος μὲν, ξύστασίς τε σῶν φρενῶν
δεινή· τὸ μέντοι πρᾶγμ', ἔχον καλοὺς λόγους,
εἴ τις διαπτύξειεν, οὐ καλὸν τόδε.
ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον,

Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 307. Scironis autem fabulam tractavit Meursius Thes. c. vi. citans Diod. Sic. IV. 59. p. 303. Ovid. Met. VII. 443. Hygin. Fab. xxxviii. Strabon. Lib. IX. sub init. Pausan. Attic. c. 44. Plutarch. in Thes. Tom. I. p. 4. E. hujus verba sunt, *Σκίρωνα δὲ πρὸ τῆς Μεγαρικῆς ἀνεῖλε ῥίψας κατὰ τῶν πετρῶν, ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος, ληστεύοντα τοὺς παριόντας· ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσιν, ὕβρει καὶ τρυφῇ προτείνοντα τὼ πόδε τοῖς ξένοις, καὶ κελεύοντα νίπτειν· εἶτα λακτίζοντα καὶ ἀπωθοῦντα τοὺς νίπτοντας εἰς τὴν θάλασσαν.* Lasc. *Σκιῤῥωνίδες.*

987. *ξύστασις φρενῶν.* huic locutioni simillimam habet Euripides in Alcest. 813. *Τοῦ νῦν σκυθρωποῦ καὶ ξυνεστῶτος φρενῶν.* Significat *ἡ ξύστασις* vel *τὸ ξυνεστηκὸς φρενῶν* *animi contractionem*, quae ob dolorem et tristitiam fieri dicebatur. Conf. Cicer. Tusc. IV. 31. *Eodem enim vitio est effusio animi in laetitia, quo in dolore contractio.*

988. *πολλοὺς λόγους* Lasc. Ald. et MSS. nonnulli. *καλοὺς* A. B. Fl.

989. *διαπτύξειε* Schol. *ἐρευνήσειε.* In Soph. Antig. 709. supra a nobis laudato ad v. 78. Schol. *διαπτυχθέντες· ἀνακαλυφθέντες.*

990. *ἄκομψος.* non interpretor cum H. Stephano *illepidus, inelegans:* sed *non loquax, callidi et arguti sermonis haud peritus;* hic et in Fragm. Eur. Licymnii I. *κομψὸς* enim apud Nostrum de facundia dicitur, et significat *loquax, argutus, callidus.* Suppl. 441. *Κομψός γ' ὁ κῆρυξ.* Cycl. 315. *Κομψὸς γενήσει καὶ λαλίστατος, Κύκλωψ.* Troad. 652. *κομψὰ θηλειῶν ἔπη.* Iph. A. 333. De diversis ejus vocabuli potestatibus videnda sunt quae fuse et docte disputarunt Gatakerus ad M. 124
Antonin. III. 5. p. 98, 43. Ruhnkenius ad Timaeum pp. 154. 161. Exponit Scholiasta ad Aristoph. Av. 195. *Κόμψον· περίλαλον, πανοῦργον, ἀπατητικὸν, πιθανὸν, τεχνικόν.* et similiter alii Grammatici. Hesychius autem *ἄκομψον· ἀπανοῦργον, ἁπλοῦν.* Hunc et seq. et v. 993. habet Plutarchus Tom. II. p. 6. B. Respexerunt Aristot. Rhet. II. p. 99, 17. *Χ. Π.* 515. *ἔγωγ'* nulla auctoritate edidit Brunckius. *λόγους* A.

εἰς ἥλικας δὲ κὠλίγους σοφώτερος.
ἔχει δὲ μοῖραν καὶ τόδ᾽· οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς
φαῦλοι, παρ᾽ ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.
ὅμως δ᾽ ἀνάγκη, ξυμφορᾶς ἀφιγμένης,
γλῶσσάν μ᾽ ἀφεῖναι. πρῶτα δ᾽ ἄρξομαι λέγειν,
ὅθεν μ᾽ ὑπῆλθες πρῶτον, ὡς διαφθερῶν,
κοὐκ ἀντιλέξοντ᾽. εἰσορᾷς φάος τόδε,
καὶ γαῖαν; ἐν τοῖσδ᾽ οὐκ ἔνεστ᾽ ἀνὴρ ἐμοῦ,
οὐδ᾽ ἢν σὺ μὴ φῇς, σωφρονέστερος γεγώς.
ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτα μὲν θεοὺς σέβειν,
φίλοις τε χρῆσθαι μὴ ᾿δικεῖν πειρωμένοις,
ἀλλ᾽ οἷσιν αἰδὼς μήτ᾽ ἀπαγγέλλειν κακὰ,
μήτ᾽ ἀνθυπουργεῖν αἰσχρὰ τοῖσι χρωμένοις·
οὐκ ἐγγελαστὴς τῶν ὁμιλούντων, πάτερ,
ἀλλ᾽ αὑτὸς οὐ παροῦσι, κἀγγὺς ὢν, φίλοις.

991. κωλίγου Ald. corrupte.

995. πρῶτά γ᾽ A. Fl.

996. πρῶτον pro vulgato πρότερον reposuit Valckenaerius e Codd. A. Fl. et X. Π. 519. Contulit ille Nostri Med. 475. Ἐκ τῶν δὲ πρώτων πρῶτον ἄρξομαι λέγειν. Suppl. 517. (527.) Καὶ πρῶτα μέν σε πρὸς τὰ πρῶτ᾽ ἀμείψομαι. Legit Marklandus Ὅθεν μ᾽ ἐπῆλθες.

997. Brunckius ad Marklandi et Valckenaerii mentem edidit οὐκ ἀντιλ. deleta copula: sed vulgatam lectionem ut magis emphaticam recte tuetur Heathius.

999. Heathius scribi voluit φῇς, quod soloecum esset: subjunctivus enim postulatur post ἤν.

1001. μὴ ἀδικεῖν πειρώμενος A. Forte legendum esse μὴ ᾿δίκων πειρωμένοις conjecit Musgravius.

1002. ἀπαγγέλλειν Ald. et MSS. ἀπαγγέλειν vitiose Lasc. Miltonus corrigebat ἐπαγγέλλειν, vertens *neque inhonesta petere*,
125 teste Porsono. Et haec quidem correctio, sine nomine auctoris a Barnesio memorata, Viris doctis plerumque arrisit, et recepta est a Brunckio. Mihi vero satius visum est vulgatum retinere, et intelligere in eodem sensu, quo Nutrix in hac fabula dici potuisset ἀπαγγέλλειν Phaedrae κακά.

1005. Male legebatur αὐτὸς ante Valckenaerium, qui edidit ὡὐτὸς, obsecutus Marklando a Suppl. 867. sed debebat αὑτὸς, crasi Attica pro ὁ αὐτὸς *idem*. Simili ratione scribebant Attici ἁνὴρ, ἅναξ, ἁγὼν, ἅνθρωπος, ἅτερος, ἁγαθὸς pro ὁ ἀνὴρ, ὁ ἄναξ, ὁ ἀγων, etc. Has vero crases plerique

*ἑνὸς δ' ἄθικτος, ᾧ με νῦν ἑλεῖν δοκεῖς·*
*λέχους γὰρ εἰς τόδ' ἡμέρας ἁγνὸν δέμας·*
*κοὐκ οἶδα πρᾶξιν τήνδε, πλὴν λόγῳ κλύων,*
*γραφῇ τε λεύσσων· οὐδὲ γὰρ ταῦτα σκοπεῖν*

ignorabant librarii, unde factum est, quod in veteribus editionibus fere semper comparent ἀνὴρ, ἄναξ, ἀγὼν etc. articulis non sine magno metri et linguae dispendio neglectis. In Nostri Heraclidis v. 459. 1052. Electr. 43. 351. 383. reponendum est ἅνὴρ, metro plane postulante. Brunckius ubicunque in tales formas offendit, aut crasin male exprimit, aut prava quadam mutatione metro satisfacere conatur. Prioris vitii exempla sint Soph. Oed. C. 32. Antig. 766. Aj. 324. 337. Philoct. 40. 212. ubi ἀνὴρ in ὡ'νὴρ mutat. In istis locis rescribas ἅνὴρ, quod saepe alias rescribendum, secundum Dawesii et Porsoni regulam: et in Aj. 99. *Τεθνᾶσιν ἅνδρες.* Diverso errore peccavit Brunckius in Oed. C. 630. ubi vulgo editum erat *Γῇ τῇδ' ὅδ' ἀνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο.* ille versui consuluit scribendo ἀνὴρ ὅδ'. corrigendum est ὅδ' ἅνὴρ, et hic, et in Trach. 391. Vid. Porson. ad Phoen. 1670. Ceterum, ut ad nostrum versum redeamus, apte conferunt Viri docti Suppl. 867. (877.) *Φίλοις τ' ἀληθὴς ἦν φίλος, παροῦσί τε, Καὶ μὴ παροῦσιν.* sic enim recte edidit Gaisfordius. Epicur. ap. Laert. X. 118. *μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφὸν φίλοις καὶ παροῦσι καὶ ἀποῦσιν ὁμοίως.* Valckenaerius scripsit *Ἀλλ' ὡὐτὸς οὐ παροῦσι, κἀγγὺς, ὢν φίλος.* sed distinctiones eum perperam mutasse, patebit e Porsoni nota ad Hec. 788. *φίλος* est in Codd. A. Fl.

1006. *ἄθικτος* activam habere potestatem videtur hic et in Soph. Oed. C. 1521. *Ἄθικτος ἡγητῆρος.* Conferas etiam Oed. T. 968. *ἐγὼ δ' ὅδ' ἐνθάδε Ἄψαυστος ἔγχους.* Contra passive significat, cum genitivo, in Soph. Trach. 687. *ἀκτῖνός τ' ἀεὶ Θερμῆς ἄθικτον.* et sic alibi. Plerumque quidem *ἄθικτος* valet *non tangendus, integer, sacer*, ut supra v. 648. *Λέκτρων ἀθίκτων.* Iph. T. 799. Aesch. Agam. 380. Soph. Oed. Tyr. 891. 897. Oed. Col. 39. *ἔχειν* pro *ἑλεῖν* E. P. Lasc.

1007. *ἐς* Lasc.

1008. *κοὐκ* Ald. Copulam omittunt A. Lasc. et Conditor 126
dramatis *Χ. Π.* qui hunc et tres seqq. vv. usibus suis accommodavit v. 520—3.

1009. Attulit Brunckius Longi Pastoral. I. init. *Ἐν Λέσβῳ θηρῶν, ἐν ἄλσει Νυμφῶν, θέαμα εἶδον κάλλιστον ὧν εἶδον, εἰκόνα, γραφὴν, ἱστορίαν ἔρωτος.* corrigens *εἰκόνα γραπτὴν, ἱστ. ἔ.* Brunckii quidem emendationem hac nota, in margine

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG

πρόθυμός εἰμι, παρθένον ψυχὴν ἔχων.
καὶ δὴ τὸ σῶφρον τοὐμὸν οὐ πείθει σ' ἴσως·
δεῖ δή σε δεῖξαι, τῷ τρόπῳ διεφθάρην.
πότερα τὸ τῆσδε σῶμ' ἐκαλλιστεύετο
πασῶν γυναικῶν; ἢ σὸν οἰκήσειν δόμον,
ἔγκληρον εὐνὴν προσλαβὼν, ἐπήλπισα;

libri scripta, comprobavit Porsonus: „*Recte. et sic Villoisonus Anecdot. Graec.* T. II. p. 66. *an.* 1781. *Strabo* XIV. p. 959. B. (648.) καθάπερ καὶ ἡ γραπτὴ εἰκὼν ἐμφανίζει ἡ ἐν ἀγορᾷ. *Pseudo-Plutarchus in vita Isocratis* p. 839. C. ἦν δὲ αὐτοῦ γραπτὴ εἰκὼν ἐν τῷ Πομπείῳ.“ R. P. οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν Codd. et Edd. omnes ante Brunckium, qui ex ingenio edidit οὐδὲ ταῦτα μὲν σκ. Conjecerat Valck. οὐδὲ ταῦτα καὶ σκ. Ego vero, ut γὰρ sedem suam obtineat, scripsi οὐδὲ γὰρ τ. σκ. quo ordine haec verba exhibet *X. Π.* 521.

1010. Confert Valckenaerius Philon. Jud. p. 742. A. παρθένους τὰς ψυχὰς διαφυλάττουσαι.

1011. Ita ex tribus Codd. A. B. Fl. cum Musgravio edidi. εἰ δὴ Lasc. Ald. Voculas κεἰ μὴ, quas receperunt Valck. et Brunck. credo equidem in Codice A. ex interpretatione scriptas fuisse. Docet Valckenaerius ad Herod. VII. 591. voculas καὶ δὴ apud Graecos valere *fac sane esse*, citans Nostri Med. 387. Καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις; Helen. 465. Καὶ δὴ παρεῖκεν.

1012. διεφθάρη Ald. Sed διεφθάρην omnes MSS. quos recte secuti sunt Valck. Brunck. et sic Lasc. nisi quod typographi incuria dedit διεφξάρην. Conferas Bacch. 313. καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν Οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

1013. Ejusdem regiminis exempla sunt in Med. 943. Πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ', ἃ καλλιστεύεται Τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν, οἶδ' ἐγὼ, πολύ. Herodot. VI. 61. τὴν δὲ, καταψῶσαν τοῦ παιδίου τὴν κεφαλὴν, εἶπαι, ὡς καλλιστεύσει πασέων τῶν ἐν Σπάρτῃ γυναικῶν. VII. 180. τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς (sc. νηὸς) τὸν καλλιστεύοντα. Fl. οὐ καλλιστεύετο mendose.

127 1014. οἰκῆσαι Ald. οἰκήσειν Codices et Lascaris, sequentibus nuperis Editoribus. οἰκεῖν οἶκον vel δόμον apud istius aevi scriptores κατ' ἐξοχὴν significabat *domus ac familiae dominum esse*. Phoen. 611. ἐγὼ γὰρ τὸν ἐμὸν οἰκήσω δόμον. Andr. 582. Πῶς; ἢ τὸν ἀμὸν οἶκον οἰκήσεις μολὼν Δεῦρ'; Iph. A. 331. Οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;

1015. ἔγκληρος pro ἐπίκληρος dictum esse docent Viri docti, hic et in Iph. T. 682. Ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν. ἐπίκληρος proprie epitheton erat puellae, ad quam tota patris here-

μάταιος ἄρα, κοὐδαμοῦ μὲν ἦν φρενῶν.
ἀλλ' ὡς τυραννεῖν ἡδὺ τοῖσι σώφροσιν;
ἥκιστά γ'· εἰ μὴ τὰς φρένας διέφθορε
θνητῶν, ὅσοισιν ἀνδάνει, μοναρχία.
ἐγὼ δ' ἀγῶνας μὲν κρατεῖν Ἑλληνικοὺς
πρῶτος θέλοιμ' ἄν· ἐν πόλει δὲ δεύτερος
ξὺν τοῖς ἀρίστοις εὐτυχεῖν ἀεὶ φίλοις.
πράσσειν γὰρ εὖ πάρεστι· κίνδυνος δ' ἀπὼν
κρείσσω δίδωσι τῆς τυραννίδος χάριν.
ἓν οὐ λέλεκται τῶν ἐμῶν· τὰ δ' ἄλλ' ἔχεις.
εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι μάρτυς, οἷός εἰμ' ἐγὼ,
καὶ τῆσδ' ὁρώσης φέγγος ἠγωνιζόμην,

ditas perveniret. Anglice, *an heiress*. Paullo aliter tamen Phaedrae nuptiae, post mortem Thesei, ἔγκληρος εὐνὴ dictae fuissent. Videas autem Ruhnken. ad Timaeum p. 209.

1016. Magna est in hoc versu lectionum varietas. Aldus Μάταιος ἄρ' ἦν, οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρονῶν, quod et vulgo editur. Sed cum expositum sit a Scholiasta οὐδαμοῦ, φησι, συνέσεως ἤμην ἐγὼ, τοιαῦτα ἐννοούμενος, vidit Marklandus legendum esse κοὐδαμοῦ et φρενῶν, recte conferens Soph. Electr. 390. ποῦ ποτ' εἶ φρενῶν; et sic Brunckius, retinens μὲν οὖν. Sed pro οὖν Lasc. habet οὐ, Cod. A. ἦν. Ex his igitur varietatibus lectionem, quae optima visa sit, concinnavimus.

1017. Interpunctionem ad hunc modum mutavit Valckenaerius post Marklandum: Ἀλλ', ὡς τυραννεῖν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν Ἥκιστά γ'. particula parum recte, ut opinor, collocata: neque mentem Hippolyti satis percepisse videntur Viri doctissimi. Sensus est, *At vero dices etiam modestis dulce esse regnare? Minime quidem*. Interrogationem sustulit Brunck. sed vid. supr. 970.

1018. Conf. Ion. 633. Τυραννίδος δὲ, τῆς μάτην αἰνουμένης, Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ, τἀν δόμοισι δὲ Λυπηρά. 637. δημότης δ' ἂν εὐτυχὴς Ζῆν ἂν θέλοιμι μᾶλλον, ἢ τύραννος ἄν. ubi forsan legendum ἢ τύραννος ὤν. Soph. Oed. T. 687. Ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' αὐτὸς ἱμείρων ἔφυν Τύραννος εἶναι μᾶλλον, ἢ τύραννα δρᾶν, Οὔτ' ἄλλος, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται. Emendabat Miltonus μὲν pro μὴ, teste Porsono. διέφθορ' ἂν E. P. διέφθειρεν Fl.

1023. Vitiosa videtur Codicis Florentini Lectio πράσσειν τε 128
γὰρ παρέστι, κινδυνός τ' ἀπών. arrisit tamen Valckenaerio.

1024. κρεῖσσον Fl.

1025. ἓν γ' οὐ λ. scribendum putavit Valck.

1027. ὁρόσης Lasc. qui talibus vitiis saepenumero peccat.

ἔργοις ἂν εἶδες τοὺς κακοὺς διεξιών.
νῦν δ' ὅρκιόν σοι Ζῆνα, καὶ πέδον χθονὸς
ὄμνυμι, τῶν σῶν μήποθ' ἅψασθαι γάμων,
μηδ' ἂν θελῆσαι, μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν.
ἦ τ' ἄρ' ὀλοίμην ἀκλεὴς, ἀνώνυμος,
καὶ μήτε πόντος, μήτε γῆ δέξαιτό μου
σάρκας θανόντος, εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ.

1028. εἶλες pro εἶδες corrigi jussit Reiskius, et obsequentem habuit Brunckium.

1029. De Jove ὀρκίῳ egit Hemsterhusius ad Luciani Timon. Tom. I. p. 98.

1030. Vid. Porson. ad Phoen. 960.

1031. μηδ' εἰς ἔννοιαν Ald. metro consuluit Barnesius scribendo ἐς ἕν. Sed vera lectio μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν extat in omnibus MSS. Lasc. et *X. Π.* 525. Vertit Valck. *Jovem juro et Terrae solum, tuum me nunquam attigisse lectum; neque futurum, ut id unquam velim aut cogitem.* Observatum est supra ad v. 521. particulam ἂν cum optativis, infinitivis, et participiis conjunctam, vim futuri temporis conferre. ἀν' ἔννοιαν male Musgravius. ἔνοιαν Lasc.

1032. ἦτ' ἄν γ' ὀλοίμην post Aldinam vulgo editum est, nec mutavit Valck. Sed quod in textum demum restituimus habent Lascaris et MSS. praeter Flor. qui solenni errore ἦ γ' ἄρ'. Brunckius quidem ἦ τ' ἄρ', copulam τε male adhibens. ἦ τ' ἄρ', est ἦ τοι ἄρ', quam crasin satis attigimus ad v. 443. Ἠ κατολοίμην *X.*
129 *Π.* 526. unde Valckenaerio venit in mentem Ἠ κάρτ' ὀλοίμην ἀκλεὴς, ἀνώνυμος. Post hunc vulgo sequitur versus Ἄπολις, ἄοικος, φυγὰς ἀλητεύων χθόνα, quem ut adulterinum, et partim ex v. 1051. male efformatum, ejiciendum esse censuit Valckenaerius, recte monens non lectum fuisse eum a Conditore *X. Π.* qui vv. 1031-2-4-5. continuos adhibet: quin et initium adsumi potuisse ex Euripidis senario apud Aelian. Var. Hist. III. 29. Diog. Laert. VI. 38. Ἄπολις, ἄοικυς, πατρίδος ἐστερημένος.

1033. Citat Eustathius ad Il. *H.* p. 668, 64=538, 18. intelligens de physica corporis dissolutione, et comparat cum simili loco Orest. 1085. Μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον, Μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ, εἴ σ' ἐγὼ προδούς ποτε, Ἐλευθερώσας τοὐμὸν, ἀπολίποιμί σε. Haec attulit Eustathius ad illustrandum Homeri locum Il. *H.* 99. Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε, Ἥμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι, ἀκλέες αὔτως. addens Xenophanis hexametrum Πάντες γὰρ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐκγενόμεσθα. Rectius autem, ut videtur, exponit Barnesius de sepultura incestis denegata. σαρκὸς pro σάρκας Eustath. Ed. Bas. corrupte.

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG

εἰ δ᾽ ἥδε δειμαίνουσ᾽ ἀπώλεσεν βίον,
οὐκ οἶδ᾽· ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις λέγειν πέρα.
ἐσωφρόνησεν, οὐκ ἔχουσα σωφρονεῖν·
ἡμεῖς δ᾽ ἔχοντες, οὐ καλῶς ἐχρώμεθα.
ΧΟ. ἀρκοῦσαν εἶπας αἰτίας ἀποστροφὴν,
ὅρκους παρασχὼν, πίστιν οὐ σμικρὰν, θεῶν.
ΘΗ. ἆρ᾽ οὐκ ἐπῳδὸς καὶ γόης πέφυχ᾽ ὅδε,
ὃς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ

1036. Alium ordinem οὐ πέρα θέμις λέγειν dederunt Valckenaerius et Brunckius ex A. et *X. Π.* 530. neque ego repugno. ultimam enim semper producit πέρα. Vid. supra v. 506. Aesch. Prom. 30. Soph. Electr. 521. 633. 1506. Phil. 332. 1277. Oed. T. 343. Oed. C. 235. ubi metrum dactylicum vitiavit Brunckius, 257. 651. Haec omnia exempla effugerant Marklandum, qui in initio trochaici Iph. A. 397. legere voluit πέρα δίκης. In nostro tamen versu nolui vulgatum ordinem mutare: Euripides enim πέρα saepius in fine senarii collocat. οὐ θέμις πέρα λέγειν B. D. Fl.

1037. ἐσωφρόνησε δ᾽ A. ἑκοῦσα pro varia lectione D. „Ludit in ambiguo verbo σωφρονεῖν significante, *sana mente esse; prudenter agere.* Videri Phaedra poterat morte sibi sua castitatis famam prudenter comparasse: contra Hippolytus nihil aliud effecisse sua pudicitia, quam ut patris cubile temerasse censeretur. Oxymori figuram notissimam prae ceteris adamavit Euripides; cujus et ista sunt in Hec. 564. Ὁ δ᾽, οὐ θέλων τε, καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης. Phoen. 360. Μῆτερ, φρονῶν εὖ, κοὐ φρονῶν, ἀφικόμην. Ion. 1444. Ὁ κατθανών τε, κοὐ θανὼν, φαντάζομαι. Recte judicavit St. Berglerus, ista talia ridenda sibi 130 Comicum sumpsisse, dum in Ἀχαρν. v. 395. interroganti ἔνδον ἔστ᾽ Εὐριπίδης; servulus respondet, Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστὶν, εἰ γνώμην ἔχεις· ubi praeter alia Euripidis hunc quoque versum adscripsit Berglerus." Valck.

1038. ἐκτώμεθα C.

1040. Vid. supra ad v. 653.

1041. οὐ γόης auctoritate Codicis A. edidit Valck. Bacch. 233. Λέγουσι δ᾽ ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος Γόης, ἐπῳδὸς, Λυδίας ἀπὸ χθονός. De voce γόης nonnulla disputata sunt a Piersono ad Moerin p. 113.

1042. εὐορκησίᾳ Lasc. Ald. et plerique Codd. sed εὐοργησίᾳ restituit Musgravius ex Cod. A. quocum facit Scholiasta, exponens per πραότητι. Photius enim εὐόργητος· πρᾶος. Affert Musgr. Bacch. 641. Πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς ἀσκεῖν σώφρον᾽ εὐοργησίαν. Vocem interpretatur Valck. *morum et ingenii boni-*

ψυχὴν κρατήσειν, τὸν τεκόντ' ἀτιμάσας;
ΙΠ. καὶ σοῦ γε κάρτα ταῦτα θαυμάζω, πάτερ·
εἰ γὰρ σὺ μὲν παῖς ἦσθ', ἐγὼ δὲ σὸς πατὴρ,
ἔκτεινά τἄν σε, κοὐ φυγαῖς ἐζημίουν,
εἴπερ γυναικὸς ἠξίους ἐμῆς θιγεῖν.
ΘΗ. ὡς ἄξιον τόδ' εἶπας· οὐχ οὕτω θανεῖ,
ὥσπερ σὺ σαυτῷ τόνδε προὔθηκας νόμον·
ταχὺς γὰρ Ἅιδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ·
ἀλλ' ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονὸς,
ξένην ἐπ' αἶαν, λυπρὸν ἀντλήσεις βίον.
μισθὸς γάρ ἐστιν οὗτος ἀνδρὶ δυσσεβεῖ.
ΙΠ. οἴμοι, τί δράσεις; οὐδὲ μηνυτὴν χρόνον
δέξει καθ' ἡμῶν, ἀλλά μ' ἐξελᾷς χθονός;
ΘΗ. πέραν γε πόντου, καὶ τόπων Ἀτλαντικῶν,

*tas.* Codex Flor. habet εὐεργεσίᾳ, errore scilicet pro εὐοργησίᾳ.

1044. Similis est constructio in Soph. Phil. 1362. *Παῖ, σοῦ δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τάδε*, corrigente Porsono ad Orest. 614. ταῦτα κάρτα Lasc.

1045. μοῦ pro μὲν conjecit Marklandus.

1046. Mendose Fl. Ἔκτεινά τις ἂν, κοὐ φυγῆς ἐζημίουν. Hinc tamen conjecit Valck. κοὐ φυγῇ σ' ἐζ. pronomine male repetito. φυγαὶ de uno exilio dictum infra v. 1172. ubi alia quaedam notabuntur. Pro vulgato Ἔκτεινά τοι σ' ἂν, quod in priore editione repraesentaveram, nunc, monente Elmsleio, rescripsi Ἔκτεινά τἄν σε, voculis σε et ἂν transpositis. Hanc emendationem certissime firmat v. 1411. *Τί δ'; ἔκτανές τἄν μ', ὡς τότ' ἦσθ' ὠργισμένος.*

131 1050. δυσσεβεῖ pro δυστυχεῖ A. Confert Valckenaerius Horat. Epod. xvii. 62. *Sed tardiora fata te votis manent; Ingrata misero vita ducenda est in hoc, Novis ut usque suppetas laboribus.*

1051. Aldus ἀλιτεύων, quod vitium non ante Valckenaerianam editionem e textu sublatum est.

1052. Idem fere versus legitur supra 902.

1053. *Μ.* γὰρ οὗτός ἐστιν ἀ. δ. Cod. A.

1056. τερμόνων τ' Ἀτλαντικῶν e tribus Codicibus A. B. Fl. edidit Musgravius; et ita quidem Valckenaerius, etsi ipsum facti poenituisse videtur: in nota enim τόπων Ἀτλ. exemplis abunde confirmat, observans alteram lectionem e v. 3. repetitam esse. In Aesch. Prom. 355. dixit Prometheus ἐπεί με χαὶ κασιγνή-

εἴ πως δυναίμην· ὡς σὸν ἐχθαίρω κάρα.
ΙΠ. οὐδ᾽ ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων
φήμας ἐλέγξας, ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς;
ΘΗ. ἡ δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη,
κατηγορεῖ σου πιστά· τοὺς δ᾽ ὑπὲρ κάρα
φοιτῶντας ὄρνις πόλλ᾽ ἐγὼ χαίρειν λέγω.
ΙΠ. ὦ θεοί, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύω στόμα,
ὅστις γ᾽ ὑφ᾽ ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι;
οὐ δῆτα· πάντως οὐ πίθοιμ᾽ ἂν οὕς με δεῖ,
μάτην δ᾽ ἂν ὅρκους ξυγχέαιμ᾽, οὓς ὤμοσα.
ΘΗ. οἴμοι· τὸ σεμνὸν ὥς μ᾽ ἀποκτείνει τὸ σόν.

του τύχαι Τείρουσ᾽ Ἄτλαντος, ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους Ἕστηκε, κίον᾽ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς Ὤμοιν ἐρείδων. Soph. Trach. 1101. τόν τε χρυσέων Δράκοντα μήλων φύλακ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάτοις τόποις. Vide notam ad v. 3.

1059. ἐλέγχων Fl. male.

1060. Sortes, sive notae ex observatis augurum, tabellis inscriptae erant. Citavit Valck. Phoen. 852. ubi Tiresias ad natam, Κλήρους τ᾽ ἐμοὶ φύλασσε παρθένῳ χερὶ, Οὓς ἔλαβον, οἰωνίσματ᾽ ὀρνίθων μαθὼν, Θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν, οὗ μαντεύομαι. Idem cum Thesei dicto recte contulit Soph. Oed. T. 964. Φεῦ, φεῦ· τί δῆτ᾽ ἄν, ὦ γύναι, σκοποῖτό τις Τὴν Πυθόμαντιν ἑστί- 132
αν, ἢ τοὺς ἄνω Κλάζοντας ὄρνις —;

1062. πόλλ᾽ ἐγὼ χαίρειν λέγω. Haec phrasis illustrata est supra ad v. 112.

1063. Vulgo λύσω. Reposui equidem λύω, corrigente Elmsleio, qui ad Heracl. 805. monuit in hujusmodi locutionibus vel praeteritum vel praesens potius quam futurum adhibitum esse. citans Herc. F. 1146. Arist. Lys. 1103.

1064. ἡμῶν pro ὑμῶν Flor. et mox συγχέοιμ᾽, ὤμνυσα.

1065. πείθοιμ᾽ ἂν Lasc. frequentissimo errore. Vid. supra 896. οἷς με δεῖ vulgo. sed οὓς ex A. et Lasc. receperunt Valck. Brunck. quod jam emendaverat Reiskius. πείθειν active significans *persuadere* accusativum adsciscit. vid. v. 1011. 1307. 1353. Pessime igitur Heathius vertit οὐ πίθοιμ᾽ ἂν *non obedienter me gererem*; quod esset οὐ πιθοίμην ἄν. οὕς μ᾽ ἔδει maluit Valck. sed alterum commodius videtur.

1067. ἀποκτενεῖ vulgo. sed praestat ἀποκτείνει, quod habet Cod. A. et inde sumpsit Valckenaerius, vertens, *Ah! tristis ista vultus tui ac ficta severitas quam me enecat!* Piersonus ad Moerin p. 74. infeliciter conjecit ἀποκναίει. Istud quidem compositum eodem sensu, quo Latinum *enecare*, usurpatum illustra-

οὐκ εἶ πατρῴας ἐκτὸς ὡς τάχιστα γῆς;
ΙΠ. ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων τρέψομαι; τίνος ξένων
δόμους ἔσειμι, τῇδ' ἐπ' αἰτίᾳ φυγών;
ΘΗ. ὅστις γυναικῶν λυμεῶνας ἥδεται
ξένους κομίζων, καὶ ξυνοικουροὺς κακῶν.
ΙΠ. αἶ, αἶ· πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε,
εἰ δὴ κακός γε φαίνομαι, δοκῶ τε σοί.
ΘΗ. τότε στενάζειν καὶ προγιγνώσκειν ἐχρῆν,
ὅτ' εἰς πατρῴαν ἄλοχον ὑβρίζειν ἔτλης.
ΙΠ. ὦ δώματ', εἴθε φθέγμα γηρύσαισθέ μοι,

vit Ruhnkenius ad Timaeum p. 42. Sed ostendi oportebat in tali significatione Tragicis quoque fuisse adhibitum.

1068. εἶς pro εἶ Lasc. De potestate verbi εἶμι dictum est supra ad v. 804. Aldi editio ἔκτος in fine versus habet. Emendavit Canterus.

1069. ποῖ δῆθ' ὁ τλήμων A. Valck. Brunck. quos secutus sum. vulgo ποῖ δῆτα τλήμων — sed vim quandam addit articulus. sicut infra v. 1231.

133 1071. λυμαιῶνας Fl.

1072. ξυνοικουροὺς κακῶν exponit Schol. ξυνεργάτας τῶν κακῶν. Mulieres quidem domum custodientes appellatas fuisse οἰκουροὺς, ostendimus supra ad v. 787. unde vocantur a poeta ξυνοικουροὶ κακῶν, qui simul cum illis domi mala patrarent. Conjicit Jacobs. Exercit. Crit. p. 53. ξυν. λεχῶν.

1073. Conjecit Reiskius Ἕρπει πρὸς ἧπαρ. Valckenaerius Χωρεῖ, vel Θίγγει, vel quod maluerit, Δύνει πρὸς ἧπαρ. Si quid novandum esset, legerem cum Brunckio Αἶ, αἶ. χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε, exclamationibus istis extra metrum positis: Sophocles enim in Aj. 938. Χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη. θίγγει autem vox nihili est. Sed, ut verum fatear, nihil in hoc versu desidero: sententia enim, ob suppressum verbum abruptior, loquentis menti apprime convenit.

1074. κακός τε Ald. κακός γε Lasc. et MSS. Eldikius apud Luzac. Exerc. Acad. p. 54. tautologia, quam in hoc versu inesse credidit, offensus, e conjectura rescribendum censuit Εἰ δὴ κακός γ' ἐφαινόμην, οὐκ ὤν γε, σοι. senarium a cujusvis auribus statim repudiandum. Istam tamen conjecturam, qua infeliciorem vix reperias, elegantiae nomine, si credere par est, commendabat Valckenaerius.

1075. προγιγνώσκειν σ' ἐρχῆν A. B. Fl. sequentibus Valckenaerio et Brunckio.

1077-8. γηρύσεσθε et μαρτυρήσετ' Lasc. et MSS. quidam:

*καὶ μαρτυρήσαιτ', εἰ κακὸς πέφυκ' ἀνήρ.*
*ΘΗ.* *εἰς τοὺς ἀφώνους μάρτυρας φεύγεις; σαφῶς*
*τόδ' ἔργον, οὐ λέγον, σε μηνύει κακόν.*
*ΙΠ.* *φεῦ. εἴθ' ἦν ἐμαυτὸν προσβλέπειν ἐναντίον*
*στάνθ', ὡς ἐδάκρυσ' οἷα πάσχομεν κακά.*
*ΘΗ.* *πολλῷ γε μᾶλλον σαυτὸν ἤσκησας σέβειν,*
*ἢ τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾷν, δίκαιος ὤν.*
*ΙΠ.* *ὦ δυστάλαινα μῆτερ· ὦ πικραὶ γοναί·*
*μηδείς ποτ' εἴη τῶν ἐμῶν φίλων νόθος.*
*ΘΗ.* *οὐχ ἕλξετ' αὐτὸν, δμῶες; οὐκ ἀκούετε*
*πάλαι ξενοῦσθαι τόνδε προὐννέποντά με;*

sed ε et αι in libris saepissime permutantur, (vid. supr. v. 372. 1071.) et optativas formas recte exhibent E. P. Aldus *γηρύσοισθε* et *μαρτυρήσαιτ'*; illud corrupte. Corruptius autem *γηρύεσθε* et *μαρτυρήσατ'* A. *γηρήσεσθε* Fl. Conferas quae supra ad v. 420. adnotavi.

1079. Diversam lectionem *σοφῶς* pro *σαφῶς*, memorat Scholiasta, et agnoscunt duo MSS. B. D. probante Marklando, 134
qui legendum putabat — *μάρτυρας φεύγεις; σοφῶς· Τὸ δ' ἔργον* —.

1081. Cum *φεῦ*, *ἔα*, et tales exclamationes extra versum sunt, ut hic et in vv. 208. 345. 1413. plenam posui distinctionem; cum partem versus faciunt, aut nullam aut minorem; secutus Porsoni regulam, ad Hec. 55.

1082. De constructione vocularum *ὡς*, *ἵνα*, *ὅπως*, cum indicativo, satis disputatum videtur supra ad v. 643. qua quidem rite percepta, plana fiet sententia horum versuum, in quibus obscuritatem quandam inesse arbitrati sunt Viri docti.

1083. Interpretatur Valck. *Temet ipse multo magis colere studuisti, quam justus esse, et parentes qua decebat veneratione prosequi.* et observat, „Eximie dicebant *θεοὺς σέβειν*· in hominum societate *τὰ δίκαια καὶ ὅσια ποιεῖν.*“ Mirifice depravatus est hic versus in Cod. Fl. *Πολλῷ γε ἤσκησας μᾶλλον φεύγειν σε θύειν.*

1087. Noster in Hec. 1269. *Οὐχ ἕλξετ' αὐτὸν, δμῶες, ἐκποδὼν βίᾳ;*

1088. Vertas, *Nonne auditis me jam dudum edicentem huncce peregrinum fieri*, hoc est *exulare?* Alibi quidem *ξενοῦσθαι* denotat *hospitari, hospitio excipi.* vid. Alcest. 68. Ion. 833. Hic autem eandem habet potestatem ac compositum *ἀποξενοῦσθαι* in Hec. 1210. *χρόνον Πολὺν πατρῴας γῆς ἀπεξενωμένοις.* *τῷδε προὐνέποντά με* Lasc.

ΙΠ. κλάων τις αὐτῶν ἄρ᾽ ἐμοῦ γε θίξεται·
σὺ δ᾽ αὐτὸς, εἴ σοι θυμὸς, ἐξώθει χθονός.
ΘΗ. δράσω τάδ᾽, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πείσει λόγοις·
οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ᾽ ὑπέρχεται φυγῆς.
ΙΠ. ἄραρεν, ὡς ἔοικεν. ὦ τάλας ἐγώ·
ὡς οἶδα μὲν ταῦτ᾽, οἶδα δ᾽ οὐχ ὅπως φράσω.
ὦ φιλτάτη μοι δαιμόνων, Λητοῦς κόρη,
ξύνθακε, συγκύναγε, φευξόμεσθα δὴ

1089. ἄρ᾽ Lasc. Pro vulgato κλαίων scripsi κλάων, ut semper Attici, monentibus Moeride, Etymologo M. et Eustathio, quorum verba citavit Piersonus ad Moerin p. 231. Notum est χαίρων nonnunquam dici de eo *qui poena immunis est*, ut in Soph. Oed.
135 T. 363. Ἀλλ᾽ οὔ τι χαίρων δίς γε πημονὰς ἐρεῖς. Antig. 759. Phil. 1299. Noster Med. 399. ubi vertunt interpretes χαίρων *impune*. Contrario autem usu adhibetur κλάων, et frequens est comminantis formula: exempla dabunt, praeter hunc versum, Androm. 756. τίς ὑμῶν ἅψεται; κλάων ἄρα Ψαύσει. Suppl. 458 (468.) Κλάων ἂν ἦλθες, εἴ σε μὴ ᾽πεμψεν πόλις. Heracl. 271. Κλάων ἄρ᾽ ἅψει τῶνδε, κοὐκ ἐς ἀμβολάς. Soph. Oed. Tyr. 401. Antig. 754. Simile est in Aeschyli Suppl. 932. Κλάοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ᾽ εἰς μακράν. Iph. A. 306.

1092. ἐπέρχεται A. „φρενὸς *pro* φυγῆς *tacite Valckenaer. ad Phoeniss.* 1379.“ R. P.

1093. Omnes editiones praeter Brunckianam habent ἄρηρεν, quod Ionicum est. ἄραρεν recte conservarunt A. et *X. Π.* 837. quae forma Atticis cum Doriensibus communis erat. Ejusdem generis sunt Dorismi isti quos Atticis vindicarunt Valckenaerius ad Phoen. 6. Porsonus ad Orest. 26. Ἀθάνα, δαρὸς, ἕκατι, ποδαγὸς, λοχαγὸς, ξεναγὸς, ὀπαδὸς vv. 107. 1146. κυναγὸς, et compositum ejus συγκυναγὸς infr. v. 1096. Ad hanc classem referri possunt θᾶκος cum compositis, (vid. v. 1096.) γάπονος, γαπετὴς, γάπεδον, γάμορος, γάποτος, γάτομος, κάρανον et ex eo composita, quae Attici Poetae etiam in Senariis adhibebant: ἑκατογκάρανον Aeschylo restituit Blomfieldius in Prom. 361.

1094. *X. Π.* 604. 719.

1095. κόρα Lasc. Ald. et MSS. praeter A. Verum iste Dorismus nusquam extra Choros Tragicis donandus est. Etiam in voce δέρη Ionicam terminationem retinebant Attici.

1096. φεύξομαι et φευξοῦμαι Tragicis perinde erant in usu. In Orest. 1610. Heracl. 507. φευξόμεσθα. in Bacch. 659. Helen. 508. 1050. φευξούμεθα metrum postulat. φευξούμεσθα, quod extat in duobus Codicibus A. Fl. magis Atticum est: et siquis

κλεινὰς Ἀθήνας· ἀλλὰ χαίρετ᾽, ὦ πόλις,
καὶ γαῖ᾽ Ἐρεχθέως· ὦ πέδον Τροιζήνιον,
ὡς ἐγκαθηβᾷν πόλλ᾽ ἔχεις εὐδαίμονα,
χαῖρ᾽· ὕστατον γάρ σ᾽ εἰσορῶν προσφθέγγο-
μαι.
ἴτ᾽, ὦ νέοι μοι τῆσδε γῆς ὁμήλικες,
προσείπαθ᾽ ἡμᾶς, καὶ προπέμψατε χθονὸς,
ὡς οὔποτ᾽ ἄλλον ἄνδρα σωφρονέστερον
ὄψεσθε, κεἰ μὴ ταῦτ᾽ ἐμῷ δοκεῖ πατρί.

ΧΟ. ἦ μέγα μοι τὰ θεῶν μελεδήμαθ᾽, ὅταν φρένας
ἔλθῃ, στρ. ά.
λύπας παραιρεῖ·
ξύνεσιν δέ τιν᾽ ἐλπίδι κεύθων,

hanc formam in contextu rescribere malit, id nobis non invitis faciet.

1097. χαιρέτω πόλις Editiones omnes. χαίρετ᾽, ὦ πόλις Καὶ γαῖ᾽ Ἐρ. emendavit in schedis Porsonus, conferri jubens Alcest. 136
399. ἀλλὰ χαίρετ᾽, ὦ τέκνα. ibi quoque χαιρέτω Lascaris et Aldus.

1100. „νῦν pro γὰρ *fortasse X. Π.* 1313. 1631." R. P. προσφθέγξομαι edidit Barnesius, suo an typographi errore, nescio.

1102. *X. Π.* 686. 1493.

1105. Praepositionem περὶ ante θεῶν supplet Scholiasta. In hoc Choro versus 1105. 1108. 1112. 1115. 1119. 1128 quorum singuli in duos versiculos vulgo dividuntur, in hexametros contraxi.

1106. παραινεῖ A. Fl. litera ν pro ρ, quod saepe accidit, expressa. Causa non erat, cur παραιρεῖ suspectum haberet Valckenaerius, et conjiceret παραίνυται. Legitur quidem παραιρῶν in Nostri Heracl. 911. παραιρεῖ etiam Schol. ad Aesch. Agam. 171. qui hunc versum cum praecedente citat.

1107. Sententiam sic exposuit Heathius, probante Valckenaerio. *Et cum spem conceperim me aliquid circa divinam providentiam certi intelligere, spes ista rursus me frustratur, cum in fortunas et in facta mortalium intueor.* Notandum est quod Chorus mulierum de se loquens, masculina participia κεύθων et λεύσσων usurpat: et hoc equidem credo prorsus insolenter factum esse. Vulgo quidem editum est in Androm. 422. Ὤικτειρ᾽ ἀκούσας· οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ Βροτοῖς ἅπασι, κἂν θυραῖος ὢν τύχῃ. Sed ibi recte Lascaris ἀκούσασ᾽. Scholiasta, ut poetam quodammodo

λείπομαι, ἔν τε τύχαις θνατῶν καὶ ἐν ἔργμασι λεύσσων.
ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται·
μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν
πολυπλάνητος ἀεί.
εἴθε μοι εὐξαμένᾳ θεόθεν τάδε μοῖρα παράσχοι, ἀντ. ά.
τύχαν μετ' ὄλβου,
καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν·
δόξα δὲ μήτ' ἀτρεκὴς, μήτ' αὖ παράσημος ἐνείη.
ῥάδια δ' ἤθεα τὸν αὔριον
μεταβαλλομένα χρόνον ἀεὶ
βίον ξυνευτυχοίην· [στρ. β'.
οὐκέτι γὰρ καθαρὰν φρέν' ἔχω, παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω·

137 excuset, monet eum ex sua persona haec locutum esse. De hac re quaedam disseruit Dorvillius ad Chariton. p. 153.

1109. ἄλλοτ' ἀμείβεται Lasc. Ald. contra metrum. ἄλλοθεν ex A. Fl. reposuit Valck. Aliud est exemplum versiculi, habentis dipodiam Iambicam duobus dactylis subjectam, in Nostri Med. 1253. ἀμοίβεται et mox ἵστατ' Lasc.

1112. εἴθε μοι δ' A. Fl.

1114. ἀγήραον ἄλγεσι Lasc. Ald. et sic vulgo. Sed MSS. A. Fl. ἀκήρατον, cujus restitutio Musgravio debetur. Exponunt Glossae ἄφθορον, ἀήττητον. Vertit Valck. *animum curis vacuum, vel ab omni luctu purum et incorruptum.* Timaeus Lex. Plat. p. 17. ἀκήρατοι· καθαροί. ubi vocem illustravit Ruhnkenius. ἄλγεσθαι Fl. corrupte.

1115. De sensu vocis ἀτρεκὴς diximus supra ad v. 261. παράσημος exponit Schol. ἀντὶ τοῦ ἀδόκιμος, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κιβδήλων νομισμάτων. Similia habent Suidas et Harpocratio, (qui citant παράσημος ῥήτωρ ex Oratione Demosthenis ὑπὲρ Κτησιφῶντος) et Hesychius.

1116. Latinis numeris pulchre et fideliter convertit Grotius; *Mores sed faciles habens, Et quos crastina molliter Immutet veniens dies, Tuto perfruar otio.* Pro αὔριον Musgravius male corrigebat ὥριον, exponens *tempestivum.* sed ὥριος pro ὡραῖος nunquam, opinor, usurpabant Tragici.

1117. Corruptissime Flor. καταλαμβανομέναν.

138 1119. καθαράν. Schol. ἀτάραχον, καὶ ἄφοβον. Metaphora in hoc versu ducta esse videtur ab aquarum perturbatione. Eandem imaginem expressit Shakespearius, *Troilus and Cressida*, Act. III. Sc. 3. sub fin. *My mind is troubled, like a fountain stirr'd, And I myself see not the bottom of it.* Assentior Heathio interpretanti παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω, *praeter*

ἐπεὶ τὸν Ἑλλανίας
φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας
εἴδομεν, εἴδομεν ἐκ πατρὸς ὀργᾶς
ἄλλαν ἐπ' αἶαν ἱέμενον.
ὦ ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς,
δρυμός τ' ὄρειος, ὅθι κυνῶν
ὠκυπόδων μέτα θῆρας ἔναιρεν,

*expectationem autem res evenire video.* A. P. Fl. Lasc. habent παρ' ἐλπίδα λεύσσων; sed participium fluxit, ut videtur, a v. 1108. Corrigere tentabat Musgravius παρὰ δ' ἐλπίδ' ἃ λεύσσω, vel, quod minus ferri posset, παρὰ δ' ἐλπίδ' ἀλύσσω.

1120. Adjectivum Ἑλλήνιος pro Ἑλληνικὸς usurpavit Herodotus a Valck. indicatus Lib. V. 92. p. 424, 20. ἐπιμαρτυρόμεθά τε ἐπικαλεόμενοι ὑμῖν θεοὺς τοὺς Ἑλληνίους, μὴ κατιστάναι τυραννίδας ἐς τὰς πόλιας.

1121. Ἀθάνης Lasc. Ald. et MSS. sed Ἀθάνας habet Eustathius ad Il. *E.* p. 515, 42 = 388, 49. observans Tragici nostri locutionem Ἑλλανίας φανερώτατον ἀστέρ' Ἀθάνας adumbratam esse ab Homerica ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ. Exponit etiam Eustath. ἤγουν ἀστέρα τῆς παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶς· ταὐτὸν δ' εἰπεῖν διάδηλον ἐν Ἀθήναις, αἳ παρονομάζονται τῇ Ἀθηνᾷ. Confert Valckenaerius Anthol. III. xxv. 1. *Μουσάων ἀστέρα καὶ Χαρίτων*, sc. Homerum. 42. *Τὸν τραγικῆς Μούσης ἀστέρα Κεκρόπιον.* sc. Sophoclem.

1122. ὀργὰς Lasc. et Ald. perperam; postulatur enim genitivus.

1124. Ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτῆς, ἤγουν λευκῆς, κατὰ τοὺς παλαιούς. Eustath. ad Il. *E.* p. 468, 43=357, 9. derivans ab Homerico πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης. Sed rectius, ut opinor, Valckenaerius judicavit a πολιὰ formari non potuisse πολιῆτις· sed esse femininum ab Homerico πολιήτης, significare autem litus Troezeni *vicinum*, *ejusdem regionis.* Vocem adhibuit Apollonius I. 867. ubi Hercules puellas populares vocat πολιήτιδας.

1125. Copulam omittit Fl. ὦ δρυμὸς ὄρειος Lasc. Schol. ὦ δρυμοὶ, ὄρειος A.

1126. Vulgo legitur Ὠκυπόδων ἐπέβα Θεᾶς μέτα, θῆρας ἐναίρων, metris antistrophicis aperte repugnantibus. θεᾶς, ut 139 ineptum additamentum, delevit Brunckius, idcirco laudatus a Porsono ad Phoen. 5. „Ex Hippolyto 1139. (1143. Musgr.) θεᾶς recte ejecit Brunckius; quanquam ne sic quidem iste locus perpurgatus videtur.“ Quid in animo habuerit Criticorum summus, pro certo praestare non possum. Correctione tamen aliqua opus esse, vel propter metra male congruentia, manife-

*Δίκτυνναν ἀμφὶ σεμνάν.*
*οὐκέτι συζυγίαν πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσει,* ἀντ. β'.
*τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον*
*κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππους.*
*μοῦσα δ' ἄϋπνος ὑπ' ἄντυγι χορδᾶν*
*λήξει πατρῷον ἀνὰ δόμον·*
*ἀστέφανοι δὲ κόρας ἀνάπαυλαι*
*Λατοῦς βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν·*

stum est. Mihi quidem olim videbatur omittenda vox ἐναίρων, et adsumenda Scholiastae constructio, ὅθι μετὰ κυνῶν ὠκυπόδων ἐπέβα θῆρας. Hodie vero vocem ἐπέβα e Scholio oriundam censeo, et omnino amplector correctionem doctissimi Censoris Angli (*Quart. Rev.* Vol. viii. p. 224.) Ὠκυπόδων μέτα θῆρας ἔναιρεν. Sic profecto optime procedent metra: quin et observabit Lector, tribus dactylicis tetrametris totidem versus Iambicos, satis venusto ordine, subjungi. ἐπέβας MS. A. et sic legit Scholiasta, qui et κατὰ pro μετὰ vitiose exhibet. μέγα γῆρας Fl.

1127. Δίκτυνναν Schol. vid. supra ad v. 145.

1128. Vid. supra 231.

1129. Ellipsis est praepositionis κατὰ, qualis in Orest. 1248. Στῆθ' αἱ μὲν ὑμῶν τήνδ' ἁμαξήρη τρίβον. Soph. Aj. 30. Πηδῶντα πέδια σὺν νεοῤῥάντῳ ξίφει. Alia exempla satis obvia sunt. Vid. supra v. 228.

1130. Hanc lectionem tuentur omnes Libri cum Scholiasta. Reiskium legentem γυμνάδος ἵππον secuti sunt Musgravius et Brunckius.

1131. „Attigit haec Euripidis Eustath. in Il. *E.* p. 456, 18. Ἄντυξ—οὐ μόνον ἐπὶ ἅρματος—ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ζυγοῦ κιθάρας, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἢ πήχεως, καθ' ὃ σημαινόμενον Ἄντυγα χορδῶν Εὐριπίδης φησὶν ἐν Ἱππολύτῳ. Inter Lyrae partes ζυγοῦ meminit et πήχεως Eratosthenes Catast. c. xxv. cujus Graeca deerant Scaligero Latina tractanti Hygini et Schol. Germanici Manil. p. 422. Rem de lyrae quoque partibus intricatam esse significavit Clar. *T. H.* in Lucian. p. 223. " Haec Valckenaerius. Ceterum ἄντυξ, quod hic de *jugo citharae* dicitur, proprie quemvis ambitum significavit. Est *ambitus currus* in hujus dramatis vv. 1183. 1226. ut in Hom. Il. *E.* 262. ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας. *ora clypei* Il. *Σ.* 607. Ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος. de *orbe Lunae*, Quint. Calaber *A.* 146. ἀλίγκιον ἄντυγι μήνης. Flor. μὲν ὕπνος, et mox δρόμον. B. D. χορδᾶς. Non absimilem figuram adhibuit Horatius Carm. II. x. 18. *quondam cithara tacentem Suscitat Musam.*

1134. βαθεῖαν. *fertilem* interpretatur Blomfieldius ad Aesch.

νυμφιδίων δ' ἀπόλωλε φυγᾷ σᾷ
λέκτρων ἅμιλλα κούραις.
ἐγὼ δὲ σᾷ δυστυχίᾳ ἐπῳδός.
δάκρυσιν διοίσω
πότμον ἄποτμον· ὦ τάλαινα
μᾶτερ, ἔτεκες ἀνόνατα· φεῦ,
μανίω θεοῖσιν·
ἰὼ ἰὼ, συζυγίαι Χάριτες,
τί τὸν τάλαν' ἐκ πατρῴας

Prom. 673. ubi πρὸς Λέρνης βαθὺν Λειμῶνα. conferens Androm. 635. βαθεῖαν γῆν. Homer. Il. *I.* 147. βαθὺ λήϊον. *I.* 151. Ἀνθείαν βαθύλειμον. Plura quaerantur hujus significationis exempla in ipsius nota, et in locis ibi indicatis. ἀν' ὕλαν E. P. Lasc.

1135. In omnibus editionibus hactenus scriptum est νυμφίδια δ' ἀπόλωλε λέχη φυγᾷ σᾷ, quod per metrum stare non potest. Delendum igitur judicavi λέχη, sententiae ac metro perinde incommodum; et deest profecto in Cod. Fl. nec videtur lectum fuisse a Scholiastis, quorum interpretamenta exscribam. διὰ τὴν φυγὴν, οὐκ ἔτι ἁμιλληθήσονται αἱ παρθένοι ὑπὲρ τοῦ γάμου, τίς σοι δοθήσεται γυνή. ἄλλως. φυγάδος σοῦ ὄντος, ἡ φιλονεικία τῶν παρθένων τῶν ἐπιδοξαζομένων τῷ σῷ γάμῳ ἀπώλετο. Quod vulgo legitur, ἀμεληθήσονται, Barnesii debetur sagacitati: Arsenii enim Scholiorum Editio habet ἀμελληθήσονται, mero typographi errore pro ἁμιλληθήσονται. Ceterum ex emendatione edidi νυμφιδίων. Posses quidem levissima correctione scribere νυμφιδία, et cum ἅμιλλα conjungere: sed epitheton illud non nisi cum εὐναι, λέχη, κοῖται, τέρεμνα, vel tali vocabulo, usurpavit Noster. τερέμνων ἄπο νυμφιδίων supra v. 767. [νυμφιδίων emendabat etiam Wakefieldius. *ex Addendis.*]

1136. κόραις Lasc. Ald. Ionicam formam, quae Tragicis perinde erat in usu, exhibent B. Fl. λέκτρ' ἀνάμιλλα P.

1139. ὦ abest a Lasc.

1140. ἀνόνητα vulgo. Doricam formam e Cod. A. reposuit Brunckius. ἀνόναντα Fl. Simili modo vocabulum adhibuit Noster 141
in Alcest. 419. ὦ πάτερ, ἀνόνατ', ἀνόνατ' ἐνύμφευσας. Electr. 509. Καὶ πάτερα τὸν ἐμὸν, ὅν ποτ', ἐν δόμοις ἔχων, Ἀνόνητ' ἔθρεψας σοί τε καὶ τοῖς σοῖς φίλοις. Hec. 760. Herc. F. 718.

1142. Χαρίτων conjecit Reiskius.

1143. τί τόνον vitiose Fl. Versus, ut a nobis distribuitur, est Ionicus a Majore dimeter, quales sunt 552. 560. 737. 747. De hujus metri legibus dictum est supra ad v. 537.

γᾶς, οὐδὲν ἄτας αἴτιον,
πέμπετε τῶνδ' ἀπ' οἴκων;

καὶ μὴν ὀπαδὸν Ἱππολύτου τόνδ' εἰσορῶ
σπουδῇ σκυθρωπὸν πρὸς δόμους ὁρμώμενον,

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ποῖ γῆς ἄνακτα τῆσδε Θησέα μολὼν
εὕροιμ' ἂν, ὦ γυναῖκες; εἴπερ ἴστε, μοι
σημήνατ'· ἆρα τῶνδε δωμάτων ἔσω;
ΧΟ. ὅδ' αὐτὸς ἔξω δωμάτων πορεύεται.
ΑΓ. Θησεῦ, μερίμνης ἄξιον φέρω λόγον
σοὶ, καὶ πολίταις, οἵ τ' Ἀθηναίων πόλιν
ναίουσι, καὶ γῆς τέρμονας Τροιζηνίας.
ΘΗ. τί δ' ἐστί; μῶν τις ξυμφορὰ νεωτέρα

1144. τὸν οὐδὲν ἄ. αἴ. Lasc.

1146. Sic Lasc. Ald. cum MSS. (nisi quod habent ὅπαδὸν aspero spiritu.) Edidit tamen Valckenaerius ὀπαδῶν, nullo, mea sententia, jure. Dixit quidem Euripides Med. 1115. Καὶ δὴ δέδορκα τόνδε τῶν Ἰάσονος Στείχοντ' ὀπαδῶν. et sic alibi. Sed vereor ut sine articulo dixisse potuerit ὀπαδῶν Ἱππολύτου τόνδε. Persona Ἡμιχόρου, huic versui vulgo praefixa, in Codice A. recte omittitur. ὀπαδῶν habuisse videtur Χ. Π. 1866.

1148. Ultimae syllabae accusativorum Θησέα, Ὀρφέα, βασιλέα, etc. a nominibus in εὺς, apud Atticos *plerumque* producuntur, analogiam secutae genitivorum in έως; neque id vero *semper*, quod aiunt Clarkius ad Hom. Iliad. *Α.* 265. et Heathius. Corripitur enim vocalis in φονέα, in Hec. 876. Electr. 599. 763. duas alias exceptiones apud Comicos habet Porsoni Nota ad Hec. 876. Pejus autem erravit Barnesius, syllabam producendam esse arbitratus scribendo Ὀρφεᾶ supra v. 957. Loca veterum Grammaticorum ad hanc rem spectantia citantur in Notis ad Moerin p. 192. Tantum notent tirones, poetas nonnunquam horum casuum duas ultimas syllabas, versu cogente, in unam contraxisse: quod in
142 genitivis Θησέως, Ἐρεχθέως, Αἰγέως factum esse videmus v. 10. 522. 1098. 1278. In accusativis autem Phoen. 927. Σφάξαι Μενοικέα τόνδε δεῖ σ' ὑπὲρ πάτρας. 1181. Ὁρῶ δὲ Τυδέα καὶ παρασπιστὰς πυκνούς. Idem monuit Clarkius. τόνδε Θησέα et mox πορεύομαι Flor. utrumque male.

1149. Hunc v. cum sequentibus adhibuit Χ. Π. 1860.

1155. Χ. Π. 1867.

δισσὰς κατείληφ' ἀστυγείτονας πόλεις;
ΑΓ. Ἱππόλυτος οὐκέτ' ἐστὶν, ὡς εἰπεῖν ἔπος·
δέδορκε μέντοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς.
ΘΗ. πρὸς τοῦ; δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος,
ὅτου κατῆσχυν' ἄλοχον, ὡς πατρὸς, βίᾳ;
ΑΓ. οἰκεῖος αὐτὸν ὤλεσ' ἁρμάτων ὄχος,
ἀραί τε τοῦ σοῦ στόματος, ἃς σὺ σῷ πατρὶ

1157. Vid. supra 778. ὡς εἰπεῖν ἔπος *ut verbo dicam.* Vv. 1157-8. habet *X. Π.* 649. 650.

1158. „*Eustath. ad Il. Θ.* p. 699, 40 = 580, 52." R. P. Citat Eustathius δέδορκε φῶς ὡς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς, monens hanc locutionem, et Sophocleam Oed. T. 961. Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπὴ, sumptas esse ἐκ τοῦ ῥέπειν θανασίμως τὰ τοῦ Διὸς τάλαντα.

1159. Tanquam si dixisset Nuncius θνήσκει vel ὄλωλε, interrogat Theseus πρὸς τοῦ; Hec. 767. Θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ, καὶ τίνος πότμου τυχών; δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος; *Num hostis factus erat aliquis —?* Locutiones huic similes adamasse videntur Tragici. Nonnunquam adjungitur dativus. Vid. Abresch. ad Aesch. Prom. 121. Valcken. ad Phoen. 482. Hujus formulae exempla quaedam nos citasse non moleste ferent Lectores. Prom. 121. τὸν πᾶσι θεοῖς δι' ἀπεχθείας ἐλθόνθ'. i. e. *factum omnibus Divis invisum.* Phoen. 20. Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος. 489. δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολών. 1577. δι' ὀδύνας ἂν ἔβας. Orest. 747. διὰ φόβου γὰρ ἔρχομαι, *metuo.* Androm. 174. διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι Χωροῦσι. 416. Καὶ πατρὶ τῷ σῷ διὰ φιλημάτων ἰὼν, *patrem osculatus.* Ista dedit Valck. ad Phoen. 482. (489. Pors.) Addas ejusdem fabulae 395. διὰ πόθου δ' ἐλήλυθα, 143
quod exponit Schol. ποθῶ. Med. 868. Ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην. vertente Abreschio, *convitiis in memet grassata sum.* Soph. Oed. C. 905. Εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἦκον, ἧς ὅδ' ἄξιος.

1160. ἐκ πατρὸς Ald. βία Lasc.

1161. ἁρμάτων ὄχος *currus vehiculum.* Eadem est periphrasis in Phoen. 1206. Iph. T. 390. ἅρματος A. ὤλεσεν Lasc. qui supra v. 1154. planissime contra metrum, ναίουσιν.

1162. Hunc versum, ob literam σ crebro repetitam, notavit Marklandus ad Iph. T. 1068. quanquam saepius repetitur in hujus fabulae v. 839. Τῆς σῆς στερηθεὶς φιλτάτης ὁμιλίας. 866. Τῆς οὐκέτ' οὔσης τῆσδε προσσαίνουσί με. nec parcius in vv. 501. 906. et pluribus aliis. Protulit ille ingrati istius vitii exempla; Med. 476. Ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι. Iph. A. 1221. Ion. 386. Andromed. ap. Suid. v. εἴση. Soph. Oed. T. 425. Ἃ σσ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις. (Ita pro Ἅ σ' ἐξισώσει — le-

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG

πόντου κρέοντι παιδὸς ἠράσω πέρι.
ΘΗ. ὦ θεοὶ, Πόσειδόν θ᾽, ὡς ἄρ᾽ ἦσθ᾽ ἐμὸς πατὴρ,
ὀρθῶς ἀκούσας τῶν ἐμῶν κατευγμάτων.
πῶς καὶ διώλετ᾽ εἰπέ· τῷ τρόπῳ δίκης
ἔπαισεν αὐτὸν ῥόπτρον, αἰσχύναντ᾽ ἐμέ;
ΑΓ. ἡμεῖς μὲν ἀκτῆς κυμοδέγμονος πέλας
ψήκτραισιν ἵππων ἐκτενίζομεν τρίχας,
κλάοντες· ἦλθε γάρ τις ἄγγελος λέγων,

git Porsonus in Advers. p. 237.) Notum est Tragicum nostrum hoc nomine a Comicorum aculeis exagitatum fuisse. De sigmatismo Euripideo insignis est nota Porsoni ad Med. 476. τοῦ perperam omittunt Lasc. Ald.

1163. κρέων pro Homerico κρείων adhibuisse Euripidem observavit Eustath. ad Il. Δ. p. 500, 8=381, 37. Legitur illa forma in Electr. 1271. Πόντου κρέοντος. in Aesch. Suppl. 583. et non raro apud Pindarum.

1164. Copula deest in Ald.

1165. Reiskius ὀρθῶς cum praecedentibus connectit: et ita Markland. Valck. Brunck.

1166. πῶς καὶ διώλετ᾽ εἰπέ; de hac constructione videas notata supra ad v. 91.

1167. Haec bis attigit Eustathius, ad Il. Γ. p. 381, 22= 288, 41. et ad Il. Δ. p. 501, 22=322, 33. In utroque loco docet ῥόπτρον denotare ῥόπαλον, vel πάγη, i. e. *laqueus*; ῥομ-
144 φαία, εἶδος ξίφους; vel etiam ἐπίσπαστρον, κρίκον θύρας, citans Lysiae Orat. in Andocidem, ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ. Similia habet Schol. Existimat autem Valckenaerius per ῥόπτρον significasse Euripidem *paxillum in decipula*, quo moto irretiuntur animalia aut retinentur: in hoc enim sensu vocem ab Archilocho adhibitam fuisse auctor est Etymologus M. p. 715, 44. Sic quoque Hesychius Ῥόπτρον· ῥόπαλον, ἢ τὸ ἀποκαταπίπτον τῆς παγίδος, καὶ συλλαμβάνον. De hac voce nonnulla eodem pertinentia notavit Blomfieldius; „Suidas Ῥόπτρον· ῥόπαλον, ἢ παγὶς, ἢ τιμωρία, huc respiciens. Quae habet Eustathius ex Lysia, habent etiam Photius et Suidas, sed plenius Harpocratio, qui citat Aristophanis Amphiaraum, et Xenophon. Hellen. VI. Pollux VII. 26. ὁ δὲ ἐν ταῖς μείζοσι πάγαις πάτταλος, ῥόπτρον. eadem habet X. 34." Ceterum ἔπεσε pro ἔπαισε habet utraque Eustathii editio ad Il. Δ. αἰσχύναντ᾽ ἐμὲ, pro αἰσχύναντά με e duobus Codd. recepit Brunckius.

1169. Huc respexit Eustath. ad Il. Θ. p. 696, 57=577, 13. Vid. supra v. 109.

ὡς οὐκ ἔτ' ἐν γῇ τῇδ' ἀναστρέψοι πόδα
Ἱππόλυτος, ἐκ σοῦ τλήμονας φυγὰς ἔχων.
ὁ δ' ἦλθε ταὐτὸν δακρύων φέρων μέλος
ἡμῖν ἐπ' ἀκταῖς· μυρία δ' ὀπισθόπους
φίλων ἅμ' ἔστειχ' ἡλίκων θ' ὁμήγυρις.
χρόνῳ δὲ δή ποτ' εἶπ', ἀπαλλαχθεὶς γόων·
Τί ταῦτ' ἀλύω; πειστέον πατρὸς λόγοις·
ἐντύνεθ' ἵππους ἅρμασι ζυγηφόρους,
δμῶες, πόλις γὰρ οὐκ ἔτ' ἐστὶν ἥδ' ἐμοί. —
τοὐνθένδε μέντοι πᾶς ἀνὴρ ἠπείγετο,
καὶ θᾶσσον, ἢ λέγοι τις, ἐξηρτυμένας
πώλους παρ' αὐτὸν δεσπότην ἐστήσαμεν.

1171. ἀναστρέφοι Ald. ἀναστρέψει E. P. Lasc. scilicet errore pro ἀναστρέψοι, quod e duobus MSS. B. D. receperunt Musgr. Valck. Brunck.

1172. „Ἱππόλυτος, ἐκ σοῦ τλήμονας φυγὰς ἔχων. *injuria Valckenaerius et Musgravius MS. Parisiensis lectionem* τλήμονος *praeferunt. Bacch.* 1350. δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί. *Electr.* 233. Ποῦ γῆς ὁ τλήμων τλήμονας φυγὰς ἔχων; *qui locus satis Hippolyti versum contra Valckenaerium defendit.* 508. Ἢ τὰς Ὀρέστου τλήμονας φυγὰς στένεις;" R. P.

1173. Vulgo ταὐτὸν, ut supra v. 273. Olim equidem edideram cum Valckenaerio et Brunckio lectionem MSS. A. Fl. ταὐτὸ, unde iambum pro spondeo lucrabamur. Nunc autem intelligo, perpaucos esse apud Tragicos versus, qui hanc formam requirant. Satius igitur veterem lectionem revocare. Pro φέρων varia est lectio in A. Lasc. ἔχων. Fl. ἔχον. Vid. supra v. 883.

1174. μυρίων δ' P. Lasc. Sed rectius dicitur μυρία δ' ὀπ. 145
ut supra v. 54. Πολὺς δ' ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους Κῶμος λέλακεν. Brunckius, non monito lectore, scripsit ἡμῖν· ἐπ' ἀκταῖς μυρία δ' ὀπισθόπους.

1175. Vulgo ἡλίκων ὁμήγυρις. Dudum suspicatus eram ἡλίκων θ' ὁ. propter Med. 248. Ἢ πρὸς φίλον τιν', ἢ πρὸς ἥλικας τραπείς. et hanc conjecturam, cum a Marklando in Nota MSta, et ab aliis confirmatam videam, tandem in textum assumpsi.

1176. ἀποπλαγχεὶς D.

1177. X. Π. 1124. πιστέον Fl.

1178. ἐντύναθ' A. Fl. quos sequitur Brunckius.

1179. ἥδε μοι vulgo. correxit Brunck.

1181. λέγει Ald. λέγοι e MSS. A. E. Fl. P. et Lasc. restituit Musgravius.

*μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ᾽ ἄντυγος,*
*αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἁρμόσας πόδα.*

1183. Euripides in Phaethonte apud Longin. περὶ ὕψους XV. *Τοσαῦτ᾽ ἀκούσας εἶτ᾽ ἔμαρψεν ἡνίας*, quod male sollicitavit Toupius, legendo χέρσ᾽ ἔμ. ἡ. vocalem istam in dativo plurali non elidunt Tragici. De εἶτα, inter participium et verbum posito dictum est ad v. 700. De propria vocis ἄντυξ significatione vid. supra ad v. 1131. Quid esset ἄντυξ ἅρματος exponit Hemsterhusius ad Lucian. Tom. I. p. 279. allatis Scholiis ad Hom. Il. *Ε.* 262. 728. unde patet ἄντυγα fuisse orbiculum summae curuli sellae additum, eamque cingentem. Hujus autem cacumini vel lateri, si consistere currum oporteret, habenae circumligabantur. sic Il. *Ε.* 262. ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας. qui locus apprime huc facit. Geminae vero nonnunquam erant ἄντυγες, ut in Junonis curru, Il. *Ε.* 728. δοιαὶ δὲ περίδρομοι ἄντυγές εἰσι. ubi Scholiasta Venet. *Ἄντυγες· τὰ ἐπὶ τοῦ δίφρου ἡμίκυκλα, ἔνθεν καὶ τὰ ἡνία ἐξάπτονται.*

146 1184. Vertendum, *postquam pedem* (sc. *in curru*) *cum calceis fixerat.* Versum laudant Etymol. M. p. 135, 12. Eustath. ad Il. *Ε.* p. 559, 22=456, 20. indicante Valckenaerio, qui perperam, mea quidem sententia, sequitur Eustathium et Scholiastam, intelligentes ἀρβύλαι de parte currus, in qua stabat auriga: talem enim vocis significationem prorsus ignorasse videntur veteres. Ellipsis praepositionis σὺν cum alias apud Graecos, tum praesertim addito dativo pronominis αὐτὸς, frequentata est. infra 1336. *τούς γε μὴν κακοὺς Αὐτοῖς τέκνοισι καὶ δόμοις ἐξόλλυμεν.* Hujus formulae antiquissima praebet exempla Homerus Il. Θ. 24. *Αὐτῇ κὲν γαίῃ ἐρύσαιμ᾽, αὐτῇ τε θαλάσσῃ. Λ.* 698. *Τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν. Υ.* 481. *Ὁ δὲ φασγάνῳ αὐχένα θείνας, Τῆλ᾽ αὐτῇ πήληκι κάρη βάλε.* Herod. VI. 32. *τὰς πόλιας ἐνεπίμπρασαν αὐτοῖσι τοῖσι ἱεροῖσι.* et sic alibi: quoniam vero Atticis constructio ista maxime usitata est, quaedam horum loca describere non pigebit. Aesch. Prom. 227. *Ἐμαῖς δὲ βουλαῖς Ταρτάρου μελαμβαθὴς Κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον, Αὐτοῖσι συμμάχοισι.* 1082. *χθόνα δ᾽ ἐκ πυθμένων Αὐταῖς ῥίζαις πνεῦμα κραδαίνοι.* Soph. Aj. 25. *Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας Ἐκ χειρὸς, αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.* Sophocl. ap. Strab. IX. p. 612. *Αὐτοῖς ὅπλοισι καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ.* Eur. Orest. 1528. *ἥτις Ἑλλάδ᾽ αὐτοῖς Φρυξὶ διελυμήνατο;* Med. 165. Suppl. 927. Iph. A. 534. *Ἐλθόντες, αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις Ξυναρπάσουσι, καὶ κατασκάψουσι γῆν.* Ejusdem fabulae v. 423. corrigit Porsonus *Αὐτοῖσι πώλοις*, et in Cyclop. 705. *Αὐτοῖσι συνναύταισι* pro vulgato *σὺν ναύταισι.* Bacch. 1133. de Bacchis Penthei membra discerpentibus, ἔφερε

καὶ πρῶτα μὲν θεοῖς εἶπ᾽, ἀναπτύξας χέρας·
Ζεῦ, μηκέτ᾽ εἴην, εἰ κακὸς πέφυκ᾽ ἀνήρ·
αἴσθοιτο δ᾽ ἡμᾶς ὡς ἀτιμάζει πατὴρ,
ἤτοι θανόντας, ἢ φάος δεδορκότας. —
κἀν τῷδ᾽ ἐπῆγε κέντρον εἰς χεῖρας λαβὼν
πώλοις ὁμαρτῇ· πρόσπολοι δ᾽ ὑφ᾽ ἅρματος
πέλας χαλινῶν εἱπόμεσθα δεσπότῃ,
τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας ὁδόν.

δ᾽ ἡ μὲν ὠλένην, Ἡ δ᾽ ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις. *Jerebat autem haec ulnam, illa pedem cum calceis.* ob hunc locum nolui mutare in versu Hippolyti vulgatum πόδα in πόδας, quod habent E. P. Lasc. et nuperi editores. πόδα citant Etymol. et Eustath. Adde Arist. Eq. 3. 7. Ran. 560. Vesp. 170. 1449. Pac. 1288. Si plura hujusmodi exempla velit lector, quaerat apud Lamb. Bos. Ellips. Graec. p. 745. ed. Schaef. Haec de solenni formula idcirco monuimus, quod in nostri loci interpretatione haeserunt Viri docti.

1185. Respexit Eustath. ad Il. Δ. p. 505, 9=385, 40. Ἀναπτύξας χεῖρας, εἰς εὐχὴν δηλαδὴ, κατὰ τὴν τραγῳδίαν· ὅπερ Ὅμηρος Ἀνασχεῖν χεῖρας φησί.

1189. „*Flagellum* κέντρον dixit Ὁμηρικῶς. ad κέντρον ad- 147
scribitur in Par. Cod. μάστιγα. Homero dicitur Archilochus κέντρῳ ἐπισπέρχων, Il. Ψ. 430. et Trojani aliique κέντορες ἵππων, ipsi etiam equi *flagello morigeri*, κεντρηνεκέες. In Il. Θ. v. 392. Eustath. p. 608, 26. τὸ Μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετο ἵππους, explicat, ἐμάστιξεν· Εὐριπίδης δ᾽ ἂν εἴποι, Κέντρον ἐπῆγεν ἵπποις.“ Valck. Eustathius etiam ad Il. Ε. p. 557, 36=423, 22. cum Homericis Μάστιξεν δ᾽ ἐλάαν, et Νώτῳ δ᾽ ἐπέβαλλεν ἱμάσθλην, confert Nostri Phoen. 181. Ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα Καὶ σώφρονα πώλοις Μεταφέρων ἰθύνει. ubi Scholiasta κέντρα, μάστιγας. Herc. F. 947. δίφρου τ᾽ εἰσέβαινεν ἄντυγα, Κἄθεινε, κέντρον δῆθεν ὡς ἔχων χερί. ita enim corrigendum puto e Dion. Chrys. XXXII. p. 391. C. a Valck. indicato.

1190. ὁμαρτῇ cum sequentibus conjungunt Reiskius, Marklandus, alii. Hesych. ὁμαρτῇ· ὁμοῦ. Aldus ὁμαρτῇ, probante Elmsleio ad Heraclid. 139. ἐφ᾽ ἅρματος E. P. ἐμφ᾽ ἅρματος Fl. ἐφ᾽ ἅρματι A.

1192. Adverbium εὐθὺ, *recta ad*, cum genitivo, praepositionis instar, saepissime usurparunt Attici. Aristoph. Av. 1421. Μῶν εὐθὺ Πελλήνης πέτεσθαι διανοεῖ; Pac. 819. Ὡς χαλεπὸν ἦν ἐλθεῖν ἄρ᾽ εὐθὺ τῶν θεῶν. Nub. 162. Sed nihil opus est rei omnibus notissimae exempla congerere: quorum tamen abunde est apud Hemsterhus. ad Lucian. Tom. I. p. 437. Valck. Animadv.

ἐπεὶ δ' ἔρημον χῶρον εἰσεβάλλομεν,
ἀκτή τις ἐστὶ, τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς,
πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικὸν,
ἔνθεν τις ἠχὼ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς,
βαρὺν βρόμον μεθῆκε, φρικώδη κλύειν·
ὀρθὸν δὲ κρᾶτ' ἔστησαν οὖς τ' ἐς οὐρανὸν
ἵπποι· παρ' ἡμῖν δ' ἦν φόβος νεανικὸς,
πόθεν ποτ' εἴη φθόγγος· εἰς δ' ἁλιῤῥόθους

ad Ammon. p. 90. Ruhnken. ad Timaeum p. 127. Tetigerunt etiam Wesseling. in Diod. Sic. Tom. I. p. 126. Toup. in Suid. Tom. I. p. 201. Euripidem vero reprehendit Grammaticus aliquis, cujus commentum descripsit Photius v. εὐθὺ Λυκείου, quod εὐθὺς pro εὐθὺ adhibuerit. Eodem nomine ab Ammonio inculpatur Menander in Δυσκόλῳ, cujus ultima verba sic forsan legenda; πᾶς δ' Ἐλευθερῶν Ἀπῆλθεν εὐθὺς, ὡς τάχος. Phrynichus quidem p. 24. εὐθὺ μὲν γὰρ τόπου ἐστὶν, εὐθὺς δὲ χρόνου. et negant alii Grammatici εὐθὺς de *loco* recte dici posse. Credo tamen Euripidem et Menandrum in hoc usu vetustioris linguae indolem sectatos fuisse: eadem enim ratio est vocum ἰθὺς et ἰθὺ, quorum prius fere semper adhibuit Homerus cum genitivo conjunctum. Il. Μ. 106. Βάν ῥ' ἰθὺς Δαναῶν. Φ. 540 Οἱ δ' ἰθὺς πόλιος καὶ τείχεος ὑψηλοῖο — Φεῦγον. Apud Herodotum autem
148 ἰθὺ in hac constructione satis frequens est. IV. 89. ἔπλεε ἰθὺ τοῦ Ἴστρου. VI. 95. ἰθὺ τοῦ τε Ἑλλησπόντου καὶ τῆς Θρηΐκης. Ceterum κἀπιδαυρίαν Cod. Fl. καὶ Ἐπιδαυρίαν Photius. Mirum est tam apertam mendam amplexos esse Valckenaerium et Brunckium.

1194. Recte vertunt Heath. et Valck. τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς *ultra hanc regionem*. In isto sensu non raro adhibetur ἐπέκεινα. Aesch. Suppl. 265. Πίνδου τε τἀπέκεινα.

1195. ἦδε pro ἤδη male conjecit Marklandus. κειμένην A. Σαῤῥωνικὸν et Σκείῤῥωνος v. 1203. Lasc. Σαρδονικὸν vitiose Fl. Citat Valck. Callimach. Hymn. in Delum 41. Πολλάκι σ' ἐκ Τροιζῆνος, ἀλιξάντοιο πολίχνης, Ἐρχόμενοι Ἐφύρηνδε, Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου, Ναῦται ἐπεσκέψαντο. Idem Aeschylo fuit Σαρωνικὸς πορθμὸς, Agam. 314.

1196. ὡς φωνὴ Διὸς Ald. βροντὴ ex omnibus Codd. et Lasc. reposuit Musgravius, recte conferens Aesch. Prom. 1029. βροντήμασι Χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω. Eur. Electr. 753. ὥστε νερτέρα βροντὴ Διός. Aristoph. Av. 1760. Ὦ χθόνιαι βαρυαχέες ὀμβροφόροι θ' ἅμα βρονταὶ, Αἷς ὅδε νῦν χθόνα σείει.

1198. ὀρθόν τε vulgo. ὀρθὸν δὲ Valck. ex A. Fl.

1199. φόβος νεανικὸς, *timor vehemens*.

ἀκτὰς ἀποβλέψαντες, ἱερὸν εἴδομεν
κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον· ὥστ' ἀφῃρέθη
Σκείρωνος ἄκρας ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾷν·
ἔκρυπτε δ' Ἰσθμὸν, καὶ πέτραν Ἀσκληπιοῦ·
κἄπειτ' ἀνοιδῆσάν τε, καὶ πέριξ ἀφρὸν
πολὺν καχλάζον ποντίῳ φυσήματι,

1201. Noster Cycl. 264. ἱερὰ κύματα. Hesychius, Eustath. ad Il. *K*. p. 789, 11=702, 43. aliique Grammatici exponunt ἱερὸν, μέγα, quam interpretationem huic loco plerumque donant Viri docti. In hoc quidem sensu Homeri ἱερὸς ἰχθὺς (Il. *Π*. 470.) intelligunt Hesych. Suid. Etymol. M. et omnes fere veteres glossographi. Dubito an recte conferatur Virgilianum, *Auri sacra fames*.

1202. Adumbratum est ab Homerico, Il. *Δ*. 442. Ἥτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη. observante Eustathio ad Il. *Δ*. p. 495, 27=378, 3. ubi vitiose ci- 149 tatur οὐρανόν. στηρίζον explicat Eust. per ἐγγίζον. Hesychius etiam στηρίξαι· ἐγγίσαι. Supplendum est ἑαυτὸ, ut in locis a Valckenaerio laudatis, Bacch. 970. Ὥστ' οὐρανῷ στηρίζον εὑρήσεις κλέος. 1080. πρὸς οὐρανὸν, Καὶ γαῖαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός. Thucyd. II. p. 128, 92. ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι.

1203. ἄκρας emendatio est Luzacii, ut videtur, Exerc. Acad. p. 57. pro ἀκτὰς, quod habent omnes Edd. et MSS. confirmat Scholiasta, ὥστε μηκέτι καθορᾷν ἡμᾶς τὸ ὄρος τοῦ Σκείρωνος. Latinus Tragicus legisse videtur ἄκρας, cum haec Euripidis exprimeret; Senec. Hippol. 1022. *Latuere rupes, numen Epidauri Dei, Et scelere petrae nobiles Scironides, Et quae duobus terra comprimitur fretis.* Vide supra v. 983. Σκειρωνίδες — πέτραι. et loca ibi citata. ἀκτὰς in hanc sedem a v. 1201. vel 1207. illatum esse potuit.

1205-6. Vertit Valck. *in altum consurgens, et magno cum fremitu concitans spumas, circumquaque flatu marino pulsas.* καχλάζειν eximie dictum est de fluctibus in terram ruentibus. Hesych. καχλάζει· ψοφεῖ, et mox κιχλίζει· ἀθρόως γελᾷ, τετάρακται· γέγονε δὲ ἀπὸ τῶν κυμάτων· φλεγμαίνει, βράττει. Pariter Suidas, Photius, alii. Optime vero vocem exponit Etymol. M. p. 494. citatus a Stanleio ad Aesch. Theb. 118. ubi Κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν Δοχμολόφων ἀνδρῶν Καχλάζει πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον. Derivat Etymologus — ὁ γὰρ ἦχος τοῦ κύματος ἐν τοῖς κοιλώμασι τῶν πετρῶν γινόμενος, δοκεῖ μιμεῖσθαι τὸ κάχλα, κάχλα: respiciens ad Apollon. Rh. II. 572. ὑψόθι δ' ὄχθης Λευκὴ καχλάζοντος ἀνέπτυε κύματος ἄχνη. Idem IV. 943.

χωρεῖ πρὸς ἀκτὰς, οὗ τέθριππος ἦν ὄχος.
αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ
κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας·
οὗ πᾶσα μὲν χθὼν φθέγματος πληρουμένη
φρικῶδες ἀντεφθέγγετ'· εἰσορῶσι δὲ
κρεῖσσον θέαμα δεργμάτων ἐφαίνετο.
εὐθὺς δὲ πώλοις δεινὸς ἐμπίπτει φόβος·
καὶ δεσπότης μὲν, ἱππικοῖσιν ἤθεσι
πολὺς ξυνοικῶν, ἥρπασ' ἡνίας χεροῖν,
ἕλκει δὲ, κώπην ὥστε ναυβάτης ἀνὴρ,
ἱμᾶσιν εἰς τοὔπισθεν ἀρτήσας δέμας·

ἀμφὶ δὲ κῦμα Λαβρὸν ἀειρόμενον πέτραις ἐπὶ καχλάζεσκεν. Theocr. Idyll. VI. 11. τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει Ἅσυχα καχλάζοντα, ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν. quocum Valck. comparat Catull. LXIII. 273. *leni et resonant plangore cachinni.* Attius, *Excita saxis saeva Celaeno Crepitu clangente cachinnat.* Lapilli, quibus illiduntur fluctus, dicti sunt κάχληκες. teste Suida, Κάχληκες· λίθακες ἐν τοῖς ὕδασι.

150 1208. τρικυμίᾳ. De hac voce consulas Blomfieldii Glossarium ad Aesch. Prom. 1051.

1209. pro ἄγριον Fl. habet ἀγαῖον: et ex ista vitiosissimi Codicis corruptela excogitavit Is. Vossius Αἰγαῖον, Gronovius Αἰγαίου: frustra.

1211. ἀντεφθέγξατ' Fl. X. Π. 857. sed alterum verius puto: tempus enim imperfectum durationem istius mugitus reboantis denotat.

1212. Vertendum, *nobis vero intuentibus, immanius spectaculum videbatur, quam ut oculi sustinere possent.* δεργμάτων exhibent Edd. et MSS. omnes, quibuscum facit X. Π. 896. ubi ὀμμάτων: explicat enim Hesych. δεργμάτων· ὄψεων, ὀμμάτων. Sed hac voce mire offensi sunt Valckenaerius et Musgravius, quorum ille δειμάτων, hic φθεγμάτων proposuit. Sed istae conjecturae ab omni specie veritatis abhorrent, et, nisi a viris doctissimis profectae essent, frigidae et insulsae videri poterant.

1214. ἱππικοῖς ἐν ἤθεσι vulgo. Valckenaerii emendationem ἱππικοῖσιν, post Brunckium, admisimus: postulatur enim dativus cum ξυνοικῶν. ἤθεσιν Lasc. qui et infra 1260. ὄμμασιν. Nos quidem, Porsoni judicium secuti, ν paragogicum in fine senarii non adscribimus, nisi sequens versus a vocali incipiat.

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄT LEIPZIG

αἱ δ', ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γνάθοις,
βίᾳ φέρουσιν, οὔτε ναυκλήρου χερὸς,
οὔθ' ἱπποδέσμων, οὔτε κολλητῶν ὄχων
μεταστρέφουσαι· κεἰ μὲν εἰς τὰ μαλθακὰ
γαίας ἔχων οἴακας ἰθύνοι δρόμον,
προὐφαίνετ' εἰς τοὔμπροσθεν, ὥστ' ἀναστρέφειν
ταῦρος φόβῳ τέτρωρον ἐκμαίνων ὄχον.
εἰ δ' εἰς πέτρας φέροιντο μαργῶσαι φρένας,
σιγῇ πελάζων ἄντυγι ξυνείπετο
εἰς τοῦθ', ἕως ἔσφηλε, κἀνεχαίτισεν,
ἁψῖδα πέτρῳ προσβαλὼν ὀχήματος.

1218. γναθμοῖς, quod exhibet unus Codex A. ediderunt Valck. et Brunck. Habet Aeschylus Theb. 213. πυριγενετᾶν χαλίνων.

1221. Schol. καὶ εἰ μὲν εἰς τὰ ἁπαλὰ καὶ ἰσόπεδα τὸν 151
δρόμον ἐποίει, κ. τ. λ. Similiter Latinus Tragicus vertit, *Nunc aequa carpens spatia.*

1222. οἤκας vulgo, quod Ionum est: correxit Valcken. Brunckius recepit εὐθύνοι pro ἰθύνοι e Cod. A. utrumque probum. Quod edidi, habent Lasc. Ald. et MSS. plerique.

1223. τὸ πρόσθεν A. Flor.

1224. τέτρωρον ὄχον hinc citat Eustath. ad Il. Γ. p. 427, 27=324, 36. comparans τέθριππον ἅρμα, quod apud Nostrum frequens est. Notandum est etiam Homericum τετράορος, perinde ac τέτρωρος adhibuisse Tragicos. Illud legitur in Suppl. 667. 675. (677. 685. Ed. Gaisf.) Helen. 729. Soph. Trach. 508. τετραόρου φάσμα ταύρου. Dicitur ὄχος pro ipsis equis, ut ὄχημα infra v. 1352. Virg. Georg. III. 91. *Martis equi bijuges, et magni* CURRUS *Achillei.*

1225. πέτραν A. Flor.

1227. ἀναχαιτίζειν proprie de equo dicitur, qui se arrectum tollens, atque adeo jubam rejiciens, equitem effundit. Hinc Harpocratio, Hesychius, et Suidas exponunt ἀνεχαίτισεν· ἀνέτρεψεν. In Bacch. 1072. Bacchus Penthea in ramo abietis collocabat, φυλάσσων μὴ 'ναχαιτίσειέ νιν. Demosth. Olynth. *B.* p. 20, 26. Reisk. ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ὥσπερ οὗτος, ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν.

1228. Brunckius post προσβαλὼν distinctionem ponit, ut sit κἀνεχαίτισεν ἐξ ὀχήματος. ἁψὶς, *rotae circulus.* Hesych. ἁψῖδες· τὰ κύκλα τῶν τροχῶν, αἱ περιφέρειαι, ἢ καμάραι. De

ξύμφυρτα δ' ἦν ἅπαντα· σύριγγές τ' ἄνω
τροχῶν ἐπήδων, ἀξόνων τ' ἐνήλατα.
αὐτὸς δ' ὁ τλήμων, ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς,
δεσμὸν δυσεξήνυστον ἕλκεται δεθεὶς,
σποδούμενος μὲν πρὸς πέτρας φίλον κάρα,
θραύων δὲ σάρκας, δεινὰ δ' ἐξαυδῶν κλύειν·
Στῆτ', ὦ φάτναισι ταῖς ἐμαῖς τεθραμμέναι,
μή μ' ἐξαλείψητ'. ὦ πατρὸς τάλαιν' ἀρά.
τίς ἄνδρ' ἄριστον βούλεται σῶσαι παρών; —
πολλοὶ δὲ βουληθέντες, ὑστέρῳ ποδὶ
ἐλειπόμεσθα. χὠ μὲν, ἐκ δεσμῶν λυθεὶς
τμητῶν ἱμάντων, οὐ κάτοιδ' ὅτῳ τρόπῳ,
πίπτει, βραχὺν δὴ βίοτον ἐμπνέων ἔτι.

Solis curru dicitur in Ion. 88. Παρνασιάδες δ' ἄβατοι κορυφαὶ Καταλαμπομένην τὴν ἡμερίαν Ἀψῖδα βροτοῖσι δέχονται.

152 1229. 1230. Haec afferens Eustathius ad Il. *E.* p. 598, 29=455, 40. exponit σύριγγες per χοινικίδες, πλῆμναι. (Angl. *the naves.*) ἐνήλατα δὲ, τὰ ταῖς χοινικίσιν ἐμβαλλόμενα, ἢ πασσαλίσκοι κωλύοντες ἐξιέναι τὸν τροχόν· τὰ καλούμενα ἁμαξηδόνια. Pro ἁμαξηδόνια, quam vocem habent quoque Scholia, correxit Valck. παραξόνια, e Polluce I. 145. τὸ κωλῦον ἐκπίπτειν τὸν τροχὸν, ἐμπηγνύμενον τῷ ἄξονι, παραξόνιον. (Angl. *the linchpin.*) Pro ἐπήδων, quod habent Lasc. MSS. et Eustathius, dedit Aldus ἐπεπήδων, vitio typographico. Correxerunt Reiskius et Piersonus.

1231. Orestes in Soph. Electr. 746. Κἀξ ἀντύγων ὤλισθε, σὺν δ' ἑλίσσεται Τμητοῖς ἱμᾶσι.

1232. δυσεξήνυτος Lasc. Ald. cum MSS. et Eustath. ad Il. *Γ.* p. 384, 5=290, 42. Sed analogiae convenit forma, quam monentibus Heathio et Valckenaerio reposui; Hom. Il. *Π.* 111. ἀνηνύστῳ ἐπὶ ἔργῳ. In Nostri Heracl. 964. ἄνυστον. Ceterum Glossa in Cod. A. explicat per δυσεξελίκτῳ.

1233. πρὶν πέτρας Ald. πρὸς πέτραις Codices A. B. Fl. Sed accusativo opus est. In re simili fingitur Orestes apud Soph. Electr. 752. Φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ Σκέλη προφαίνων. Ex his Euripideis suam de Hippolyti fatis narrationem imitando expressit Ovidius Metam. XV. 500—529. quem locum cum Tragici nostri descriptione conferant velim lectores.

1234. Legit Elmsleius θραύων τε.

1240. Legendum suspicor οὐκ ἔτ' οἶδ' ὅτῳ τρόπῳ.

153 1241. Sic MSS. A. B. βραχεῖ δὴ Fl. δὲ pro δὴ E. Lasc. βραχὺν βίοτον D. P. Ald.

ἵπποι δ' ἔκρυφθεν, καὶ τὸ δύστηνον τέρας
ταύρου, λεπαίας οὐ κάτοιδ' ὅπου χθονός.
δοῦλος μὲν οὖν ἔγωγε σῶν δόμων, ἄναξ,
ἀτὰρ τοσοῦτόν γ' οὐ δυνήσομαί ποτε
τὸν σὸν πιθέσθαι παῖδ', ὅπως ἐστὶν κακός·
οὐδ' εἰ γυναικῶν πᾶν κρεμασθείη γένος,
καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις
πεύκην, ἐπεί νιν ἐσθλὸν ὄντ' ἐπίσταμαι.

1242. Terminationem θεν pro θησαν Aeolibus et Doribus adsignat Etymol. M. v. ἤγερθεν. Frequentabant quidem Homerus, Pindarus, Theocritus, et alii Poetae; Atticus autem Tragicus rarissima licentia adhibet. Editum erat ante Valckenaerium δύστηνον κάρα: is e MSS. A. Fl. dedit δύστηνον τέρας, comparans Nostri Orest. 992. Τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς ὁπότ' Ἐγένετο τέρας ὀλοόν.

1243. Eustathius ad Il. *Δ*. p. 488, 18=372, 22. λεπαία χθὼν, τραγικῶς, ἡ ὀρεινή. huc respiciens. Extat idem epitheton in Nostri Iph. T. 324. Heracl. 395. ὅποι Fl. ὅπως Ald.

1245. τοσοῦτον οὐ δ. π. Lasc. Ald. et X. *Π*. 320. 1287. Particulam inseruerunt Valck. et Brunck. e MSS. A. Fl. et sic in secunda editione Musgravius, qui primum dederat τοσοῦτό γ'. Monuit Censor Promethei Edit. Blomfield. (*Edinb. Rev.* Vol. xvii. p. 239.) quem ferunt esse doctissimum Elmsleium, τοιοῦτο et τοσοῦτο rarissime apud Tragicos occurrere.

1246. Exempla similis constructionis congessit Kusterus ad Aristoph. Plut. 55.

1248-9. Vox πεύκην respicit ad tabellas Phaedrae e ligno piceae factas; quas eo nomine vocari testatur Eustath. ad Il. Z. p. 633, 22=490, 1. ubi de hoc loco fuse disputatum est. Ita quoque πεύκη est δέλτος in Iph. A. 39. Damm. Lex. Homeric. p. 2027. v. πεύκη. „Olim ante inventam chartam, fiebant ex hac arbore pugillares. Hinc Eur. Hipp. 1253. — Καὶ τὴν ἐν Ἴδῃ (Cretensi, nam respicitur ad Phaedram Cressam genere) γραμμάτων πλήσειέ τις Πεύκην. Ejusmodi pugillares vocabantur Athenis Ἄξονες, quia erant tabulae oblongae, plures simul, quae superne ad communem axem convertebantur. ejusmodi tabella lignea oblonga vocabatur et τὸ πλαίσιον. ceterum superne, ubi isti libelli ad communem clavum convertebantur, fuere angustiores, inferne latiores. Unde ista pugillarium species lignea vocabatur ἡ δέλτος; ibid. 865. fuere ergo fere triangularia.“ τὴν ἐν Ἴδῃ πεύκην Eustath. ad Il. *Δ*. p. 832, 61=766, 12.

1249. μιν vulgo. Sed Tragicam formam νιν exhibent A. Fl. sequentibus Valck. et Brunck. In Androm. 1139. vulgatur

ΧΟ. αἶ, αἶ· κέκρανται ξυμφορὰ νέων κακῶν,
οὐδ' ἔστι μοίρας τοῦ χρεών τ' ἀπαλλαγή.
ΘΗ. μίσει μὲν ἀνδρὸς τοῦ πεπονθότος τάδε,
λόγοισιν ἥσθην τοῖσδε· νῦν δ' αἰδούμενος
θεούς τ', ἐκεῖνόν θ', οὕνεκ' ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ,
οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἐπάχθομαι, κακοῖς.
ΑΓ. πῶς οὖν; κομίζειν, ἢ τί χρὴ τὸν ἄθλιον
δράσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί;
φρόντιζ'· ἐμοῖς δὲ χρώμενος βουλεύμασιν,
οὐκ ὠμὸς εἰς σὸν παῖδα δυστυχοῦντ' ἔσει.
ΘΗ. κομίζετ' αὐτὸν, ὡς ἰδὼν ἐν ὄμμασι

μιν. sed et ibi recte Lascaris νιν. Ex Hippolyto Καλυπτομένῳ desumptos esse credo Nostri versus apud Stobaeum LXXXVI. p. 498, 14. p. 361. Grot. Τὸν σὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι, Χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ', εὐσεβεῖν τ' ἠσκηκότα. Πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς Γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πίθοι ποτε. Primum versum ita emendavit Piersonus Verisim. p. 138. Stobaeus enim Τοσόνδε παῖδας σωφρονοῦν ἐπίσταμαι.

1250. Vulgo συμφοραί. Flor. κρέμαντι συμφορᾷ. et v. 1252. τοῦ πεσόντος τόδε. Corruptissime idem Codex supra v. 1203. σκυθρωπὸς ἀκτάς. Equidem demum reposui ξυμφορὰ, monente Elmsleio. Singularis est κέκρανται.

1251. τὸ χρεὼν, *debitum fatum, necessitas*. Vox indeclinabilis est; Herc. Fur. 20. εἴθ' Ἥρας ὕπο Κέντροις δαμασθεὶς, εἴτε τοῦ χρεὼν μέτα. sic enim legendum monet Porsonus pro vulgato εἴτε του χρεὼν μέτα. Semper apud Nostrum articulum adsciscit. Vid. Iph. T. 1486. Helen. 1656. Fragm. Temen. ap. Stob. CXXIII. p. 617, 18.

1252. τόδε A. Fl.

1253. Prave Fl. τοῖσδ' ὁμοῦ μ' αἰδ. Hinc tamen conjiciebat Valck. ὅμως αἰδ. Conferri jubet Valck. Clytaemnestrae quaedam in Soph. Electr. 766. et seqq.

1254. Altera copula deest in Lasc. Primam forsan omittendam censet Valckenaerius, et omittit Brunckius.

1255. ἐπάχθομαι A. B. D. ut sine Codicibus emendavit Piersonus Verisim. p. 69. pro vulgato ἀπέχθομαι. Flor. ἀπάχθομαι, unde corruptelae initium deprehendas.

1256—9. Hos quatuor versus prave mutatos habet Χ. Π. 1281. seqq.

155 1260. Χ. Π. 1475. Porsonus in Orest. 1018. e Manuscriptorum vestigiis edidit Οἵ 'γὼ μάλ' αὖθις, ὥς σ' ἰδοῦσ' ἐν ὄμμασι

τὸν τἄμ' ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη,
λόγοις ἐλέγξω, δαιμόνων τε συμφοραῖς.

ΧΟ. σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα
καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι·
σὺν δ' ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν
ὠκυτάτῳ πτερῷ·
ποτᾶται δ' ἐπὶ γαῖαν,
εὐάχητόν θ' ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον·
θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ
πτανὸς ἐφορμάσῃ χρυσοφαής,
φύσιν ὀρεσκόων
σκυλάκων, πελαγίων θ',
ὅσα τε γᾶ τρέφει,
τὰν ἅλιος αἰθόμενος δέρκεται,
ἄνδρας τε· συμπάντων δὲ

Πανυστάτην πρόσοψιν ἐξέστην φρενῶν. adnotans; „Phrasis ab Homero Il. *Α*. 587. (Μή σε, φίλην περ ἐοῦσαν, ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι Θεινομένην) et alibi, ad alios poetas transiit, ut ad Theocr. IV. 7. (Καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη;) Noster Hipp. 1276. (1260.)" Eadem formula legitur in Soph. Trach. 241. 748. et alibi.

1262. λόγοις τ' ἐλέγξω Flor.

1269. ἔρος et καρδία Lasc. Edidit Brunckius e Cod. Fl. μαινομέναν κραδίαν, perperam, ut opinor. Dativus pendet a verbo ἐφορμάσῃ.

1270. πανὸς Fl. ἐφορμάσει vulgo. ἐφορμάσῃ D. E. P. Fl. Lasc. et Schol. quod hodie praetuli, intellecta particula ἄν. χρυσοφανὴς Lasc.

1271. Vulgo editum erat ὀρεσκῴων, quae forma Homerica est. Il. *Α*. 268. Φηρσὶν ὀρεσκῴοισι, ubi Schol. τοῖς ἐν ὄρεσι διαιτωμένοις. Odyss. *Ι*. 155. Αἶγας ὀρεσκῴους. Homeri vocem similiter exponunt Hesych. Apollon. Lex. Etym. M. aliique Gram- 156
matici, derivantes a κεῖαι, ὅ ἐστι κοιμηθῆναι. Extat autem δαιτὸς — ὀρεσκόου in Nostri Cyclop. 246. et ὀρεσκόων in hoc versu Lasc. Ald. Compositum esse credo ex ὄρεσι et κόοι, quod exponit Hesychius τὰ χάσματα τῆς γῆς, καὶ τὰ κοιλώματα.

1274. Vid. supra ad v. 527. Corruptam Codicum A. et Fl. lectionem αἰθομέναν in textum intulit Valckenaerius.

1275. Scripsit fortasse Euripides συμπάντων δὲ σὺ—. Haec vocula excidit e versu Sophoclis Aj. 210. si in hoc loco inseratur,

βασιληΐδα τιμὰν, Κύπρι,
τῶνδε μόνα κρατύνεις.

ΑΡΤΕΜΙΣ.

σὲ τὸν εὐπατρίδαν Αἰγέως κέλομαι
παῖδ᾽ ἐπακοῦσαι·
Λητοῦς δὲ κόρη σ᾽ Ἄρτεμις αὐδῶ·
Θησεῦ, τί τάλας τοῖσδε συνήδει,

versus fiet Iambicus dimeter. Quod ad metra hujus cantilenae attinet, operam dedi, ut versus, quantum fieri potest, eorundem sint generum, ac ceteri in hac fabula chorici, qualesque Euripides libenter conjunxisse videtur. Sunt igitur dochmiaci vv. 1266. 1271. 1273. Creticus, 1272. Ex iambica dipodia et dochmio constat v. 1263. qualis supra v. 862. Etiam vv. 1265. et 1267. sunt asynarteti communium formarum. Anapaestici vero vv. 1268. 1270. 1274. 1276. quales in Tragicorum melicis haud infrequentes sunt. Pherecrateus v. 1267. Reliquorum notissima sunt metra.

1276. Subauditur, ut opinor, praepositio *κατά.* Locutio autem ab Homero sumpta est, Il. Z. 193. *Δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης.*

1278. Novem superstitum fabularum Euripidis Deos vel Deas ad solvendum nodum in ultimo actu inducunt. Eae sunt Orestes, Hippolytus, Andromache, Supplices, Iphigenia in Tauris, Bacchae, Helena, Ion, Electra. Hoc vero meliore jure in Hippolyto, quam in ceteris, factum esse videtur. *κέλλομαι* Lasc.

1279. Miretur quis Dianam Thesea Aegei filium vocare hic
157 et infra v. 1429. licet ipsa intra tantillum spatium (vv. 1311. 1314.) Neptunum illi patrem tribuat. Potius autem quam illud ex incuria Tragici evenisse statuamus, credibile est nomen Regis Atheniensis, patris scilicet professi, velut solennem titulum, additum esse. Sin voluerit duos Theseo patres, alterum mortalem, alterum immortalem, tribuere, uno certe exemplo se ipsum defendit Euripides: quippe passim in dramate Herculis Furentis, tum Jovis, tum Amphitryonis filius Hercules dicitur. Quae ad Thesei parentes spectant congessit Meursius in Thes. c. i.

1280. *αὐδᾷ* vulgo. *αὐδῶ* e Cod. Fl. recepit Valckenaerius, recte: solebant enim Dii Euripidei istiusmodi formulis nomen suum indicare. Orest. 1642. *Φοῖβός σ᾽ ὁ Λητοῦς παῖς ὅδ᾽ ἐγγὺς ὢν καλῶ.* Bacch. 1340. *Ταῦτ᾽ οὐχὶ θνητοῦ πατρὸς ἐκγεγὼς, λέγω Διόνυσος, ἀλλὰ Ζηνός.* Helen. 1663. *δισσοὶ δέ σε Διόσκοροι καλοῦμεν.*

1281. Hunc versum imperite sollicitavit Valck. scribens *σύ γ᾽ ἤδη* pro *συνήδη*: sed hoc recte defendit Brunckius allata Glos-

παῖδ' οὐχ ὁσίως σὸν ἀποκτείνας,
ψευδέσι μύθοις ἀλόχου πεισθεὶς
ἀφανῆ; φανερὰν δ' ἔσχεθες ἄτην.
πῶς οὐχ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις
δέμας αἰσχυνθείς;
ἢ πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον,
πήματος ἔξω πόδα τοῦδ' ἀνέχεις;

sa Cod. A. συνήδη, ἀντὶ τοῦ ἤδη, Ἀττικῶς. Hesych. συνήδεται, ἐφήδεται. Rhes. 961. Οὐ μὴν θανόντι γ' οὐδαμῶς ξυνήδομαι. Addas Med. 136. Οὐδὲ συνήδομαι, γύναι, Ἄλγεσι δώματος. ad quem locum Porsonus, „Hic locus Valckenaerii memoriam effugerat, cum in Rheso 961. ἐφήδομαι pro συνήδομαι reponere volebat. Sed hoc satis defendit Brunckius ad Hippol. 1295.“

1284. Vulgo ἔσχες ἄταν, renuente metro. ἔχεις E. P. Male res cessit Musgravio et Valckenaerio emendantibus ἐπέβης et ἔχες. Melius conjecit Marklandus ἔσχεθες. Nos vero facillimam medelam, voces transponendo, post Brunckium adhibuimus. In superiore versu, eodem facto opus erat; veteres enim Editiones contra leges anapaesticorum habent πεισθεὶς ἀλόχου: sed ibi verum verborum ordinem servarunt tres MSS. A. B. D. Simili correctione in Aesch. Pers. 779. metrum sanandum esse arbitror; Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ. lego φρονεῖ νέα. Infra v. 1295. Cod. Fl. habet τινὰ τρόπον, vetante metro. [Haec olim scripsi; mox autem Marklandi emendationem amplexus sum: facillime librarii rariorem aoristi formam ἔσχεθες in ἔσχες mutare poterant. In Phoen. 419. ubi τίν' ἐπίνοιαν ἐσχεθες senarium claudit, Aldus cum MSS. nonnullis ex- 158
hibet ἔσχες. Hoc monuit Elmsleius, qui de forma ἔσχεθον videndus ad Heracl. 272.]

1285. πῶς δ' οὐχ Cod. Fl. et sic Valck. sed conjunctio abest a ceteris MSS. et Edd.

1287. Schol. μεταβιβάσας, μεταβαλὼν, μεταλλάξας ζωὴν, καὶ ἀλλοιωθεὶς εἰς ὄρνεον. Valcken. mallet πτηνὸν, citans Med. 1293. Δεῖ γάρ νυν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω, Ἢ πτηνὸν ἆραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος.

1288. Pro vulgato τόνδ', olim emendaveram unius literae mutatione τοῦδ'. Eandem conjecturam deprehendi inter lectiones quasdam e Gilberti Wakefieldii manu profectas, quas mecum communicavit Vir doctrina et humanitate spectabilis, ac de me nunquam non optime meritus, Robertus Hole. Similis est locutio in Aesch. Prom. 271. Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς Πράσσοντ'. Nostri Heracl. 110. Καλὸν δέ γ' ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα. Fl.

*ὡς ἔν γ' ἀγαθοῖς ἀνδράσιν οὔ σοι*
*κτητὸν βιότου μέρος ἐστίν.*
*ἄκουε, Θησεῦ, σῶν κακῶν κατάστασιν·*
*καίτοι προκόψω γ' οὐδὲν, ἀλγυνῶ δέ σε·*
*ἀλλ' εἰς τόδ' ἦλθον, παιδὸς ἐκδεῖξαι φρένα*
*τοῦ σοῦ δικαίαν, ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ,*

τῶν δ' et mox ἀπέχεις, quod habet etiam A. sed suprascripto ἀνέχεις.

1289. ὡς τοῖς ἀγαθοῖς Lasc. Ald. male. ὡς ἐν τ' ἀγαθοις B. D. Schol. ὡς ἔν τ' ἀγαθοῖς A. Fl. quod vidit Musgravius corrigendum esse ὡς ἔν γ' ἀ.

1290. βίου Fl.

1291. *Χ. Π.* 259.

1292. Conf. Alcest. 1097. *Τί δ' ἂν προκόπτοις, εἰ θέλοις ἀεὶ στένειν;* *Quid autem profeceris?* De voce προκόπτειν notata sunt quaedam supra ad v. 23. Credit Valckenaerius haec, sive potius hinc expressa Menandrea, respexisse Terentium in Andr. I. i. 16. *atque aliquis dicat, nihil promoveris; Multum molestus certe ei fuero.*

1293. εἰς τόδ' omnes MSS. et Edd. cum Eustathio ad Il. *Α.* p. 161, 45 = 122, 23. Placuit Barnesio ὡς τόδ'. Sed
159 non usurpari ὡς pro εἰς vel πρὸς, nisi de personis, monuerunt, post alios, Valckenaerius et Porsonus ad Phoen. 1415.

1294. Reiskii conjecturam ἐπ' εὐκλείας probasse videtur Valck. Sed receptam recte defendit Brunckius, citans Procli Chrestomath. p. 9. (p. 384, 8. ed. Gaisf.) οἱ παλαιοὶ τὴν Ὑπὸ ἀντὶ τῆς Μετὰ πολλάκις ἐλάμβανον. Schol. ad Pindar. Olymp. IV. 3. τῇ Ὑπὸ ἀντὶ τῆς Μετὰ καὶ Ὅμηρος κέχρηται· *Δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων.* Il. *Σ.* 482. Exemplum protulit Brunckius ex Hec. 355. *Ἔπειτ' ἐθρέφθην ἐλπίδων καλῶν ὕπο.* Addas Aesch. Agam. 1562. *Καὶ καταθάψομεν Οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν τῶν ἐξ οἴκων.* Soph. Electr. 630. *Οὔκουν ἐάσεις οὐδ' ὑπ' εὐφήμου βοῆς Θῦσαί μ';* Vid. Valcken. ad Herod. p. 521. Deinde θάνοι Ald. θάνῃ A. B. D. Fl. Lasc. et sic Valck. Brunck. recte, ut opinor. Notissima quidem Dawesii regula est, Misc. Crit. p. 85. optativum cum particulis ὡς, ἵνα, ὅπως, ὄφρα, μὴ, verbis non nisi praeteritae significationis; subjunctivum verbis non nisi praesentis vel futurae significationis subjungi. Observavit autem Porsonus ad Phoen. 68. hanc regulam non videri per omnia servasse Tragicos; conferens Hec. 1128 — 1133. Nonnunquam sane, licet praecedat verbum praeteriti temporis, effectus tamen, qui petebatur, aut praesens est aut futurus; ideoque verbum subjunctivum postulatur. Cum igitur nondum

*καὶ σῆς γυναικὸς οἶστρον, ἢ, τρόπον τινὰ,*
*γενναιότητα· τῆς γὰρ ἐχθίστης θεῶν*
*ἡμῖν, ὅσαισι παρθένειος ἡδονὴ,*
*δηχθεῖσα κέντροις, παιδὸς ἠράσθη σέθεν.*
*γνώμῃ δὲ νικᾷν τὴν Κύπριν πειρωμένη,*
*τροφοῦ διώλετ᾽ οὐχ ἑκοῦσα μηχαναῖς,*
*ἣ σῷ δι᾽ ὅρκων παιδὶ σημαίνει νόσον·*
*ὁ δ᾽, ὥσπερ ἦν δίκαιον, οὐκ ἐφέσπετο*
*λόγοισιν· οὐδ᾽ αὖ, πρὸς σέθεν κακούμενος,*
*ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν, εὐσεβὴς γεγώς.*
*ἡ δ᾽, εἰς ἔλεγχον μὴ πέσῃ φοβουμένη,*
*ψευδεῖς γραφὰς ἔγραψε, καὶ διώλεσε*

mortuus esset Hippolytus, dixit Diana ὡς ὑπ᾽ εὐκλείας θάνῃ, *that he may die with a good reputation.* Alterum ὡς — θάνοι vertendum esset, *that he might die* — etc. De hac re subtilius disputavit Hermannus de Emend. Gramm. p. 208—214.

1297. παρθενείας conjecit Musgravius, quod respuit metri lex. παρθένειος ἡδονὴ citat Eustath. ad Il. *Δ*. p. 502, 31 =383, 36. Utramque formam παρθένειος et παρθένιος usurparunt Tragici. Vide supra notata ad v. 307.

1298. δηχθεῖσα κέντροις MSS. et Edd. Objicit autem Valckenaerius, nusquam dixisse Euripidem ἔρωτι δηχθῆναι, nedum Amoris κέντροις δηχθῆναι, et hanc locutionem ab ejus seculi consuetudine alienam esse judicat. Scribendum igitur putat πληγεῖσα κέντροις, conferens v. 38. et exempla quaedam satis obvia, in quibus leguntur ἔρωτι πληγεὶς, et *amore percussus.* Videtur autem Porsonus cogitasse de scribendo πληχθεῖσα κέντροις: hunc enim aoristum, in sequente notula, exemplis defendit. 160 „πληχθεὶς *Schol. ad Aristoph. Av.* 1402. *Noster Tr.* 183. ἐκπληχθεῖσα. *Iph. T.* 177. σφαχθεῖσα. *Incert.* γαῖα μιχθήτω πυρί. *Eoeis ap. Schol. Pind. Pyth.* IV. 35. μιχθεῖσα. ἐπιπληχθεὶς *Schol. Villois. ad Il. Δ.* 401. *K.* 233. *Z.* 111. *Stob.* p. 215, 22. *Philo Jud. Tom.* I. p. 245, 45. 2461, 1. 378, 30.“ R. P.

1302. οὖν pro ἦν Lasc. eandem varietatem notavimus supra v. 1016. ὡς ὥσπερ ὢν δίκαιος οὐκ ἐφείπετο Cod. A. ἐφέπετο Flor. Brunckius scripsit ὢν δίκαιος, et ἐφείπετο. Verius esset, ut opinor, ὥσπερ ἦν δίκαιος.

1306. ἔτευξε pro ἔγραψε A. et ita Brunckius, probante Valckenaerio; perperam, mea quidem sententia. γραφὰς ἔγραψε convenit usitato apud Graecos loquendi modo, quem, si quis alius, sectatus est Euripides. Ne longe quaeramus, in

δόλοισι σὸν παῖδ᾽, ἀλλ᾽ ὅμως ἔπεισέ σε.
*ΘΗ.* οἴμοι.
*ΑΡ.* δάκνει σε, Θησεῦ, μῦθος· ἀλλ᾽ ἔχ᾽ ἥσυχος,
τοὐνθένδ᾽ ἀκούσας, ὡς ἂν οἰμώξῃς πλέον.
ἆρ᾽ οἶσθα πατρὸς τρεῖς ἀρὰς ἔχων σαφεῖς;
ὧν τὴν μίαν παρεῖλες, ὦ κάκιστε σὺ,
εἰς παῖδα τὸν σὸν, ἐξὸν εἰς ἐχθρῶν τινα.
πατὴρ μὲν οὖν σοι πόντιος, φρονῶν καλῶς,
ἔδωχ᾽ ὅσονπερ χρῆν, ἐπείπερ ᾔνεσεν·
σὺ δ᾽ ἔν τ᾽ ἐκείνῳ κἀν ἐμοὶ φαίνει κακὸς,
ὃς οὔτε πίστιν, οὔτε μάντεων ὄπα
ἔμεινας, οὐδ᾽ ἤλεγξας, οὐ χρόνῳ μακρῷ
σκέψιν παρέσχες, ἀλλὰ θᾶσσον, ἤ σ᾽ ἐχρῆν,

hac fabula legimus ἐρῶσ᾽ ἔρωτα v. 32. ἡμάρτηκεν ἁμαρτίαν v. 320. δῶρον δίδως v. 334. ἠράσθης ἔρον v. 337. εἰπεῖν ἔπος v. 1157. ἀραὶ ἃς ἠράσω v. 1162-3.

1310. οἰμώξῃ Ald.

1311. ἄρ᾽ pro ἆρ᾽, sublata interrogationis nota, Valckenaerius, cui nequeo assentiri. Vulg. σαφεῖς ἔχων; ordinem mutavit Brunckius, secutus Codices A. Fl. σαφεῖς ἀρὰς supra v. 894. Ad quem locum Valck. attulit Cicer. de Off. I. 10. *nam si (ut in fabulis est) Neptunus, quod Theseo promiserat non fe-*
161 *cisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus: ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit; quo impetrato, in maximos luctus incidit.* Ibid. III. 25. Scholiasta ad v. 1345. εἰσὶ δὲ αἱ εὐχαὶ Θησέως πρὸς Ποσειδῶνα τρεῖς· πρῶτον, ἀνελθεῖν ἐξ Αΐδου· δεύτερον, ἐκ Λαβυρίνθου· τρίτον, Ἱππολύτου θάνατον. similia habet Schol. ad v. 894. unde autem ista didicerit, nescio. Vulgo ἐχθρόν τινα. Edidi ἐχθρῶν, quomodo certissime emendat Elmsleius, conferens vv. 318. 350. 822. 986. 1069.

1315. Vide supra ad v. 36.

1317. Conf. v. 1058. Οὐδ᾽ ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων Φήμας ἐλέγξας, ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς; Anglice vertas πίστιν, *proof.* Monet Valck. in Attico foro quaevis argumenta, quibus ad causam utebantur probandam, πίστεις dici.

1318. οὐκ ἤλεγξας A. Fl. μακρῷ χρόνῳ Fl.

1319. σκέψειν γ᾽ ἔνειμας Lasc. Ald. Citat Eustathius ad Il. *Δ.* p. 488, 16 = 372, 20. οὐ μάντεως ὄπα ἔμεινας, οὐ χρόνῳ μακρῷ σκέψιν ἔνειμας, hunc locum notans ob similitudinem sonorum in vocibus ἔμεινας, ἔνειμας. Ed. Bas. habet σκέψειν, mendose.

ἀρὰς ἀφῆκας παιδὶ, καὶ κατέκτανες.
ΘΗ. δέσποιν᾿, ὀλοίμην. ΑΡ. δείν᾿ ἔπραξας, ἀλλ᾿ ὅμως
ἔτ᾿ ἐστὶ καὶ σοὶ τῶνδε συγγνώμης τυχεῖν.
Κύπρις γὰρ ἤθελ᾿ ὥστε γίγνεσθαι τάδε,
πληροῦσα θυμόν. θεοῖσι δ᾿ ὧδ᾿ ἔχει νόμος·
οὐδεὶς ἀπαντᾷν βούλεται προθυμίᾳ
τῇ τοῦ θέλοντος, ἀλλ᾿ ἀφιστάμεσθ᾿ ἀεί.
ἐπεὶ, σάφ᾿ ἴσθι, Ζῆνα μὴ φοβουμένη,
οὐκ ἄν ποτ᾿ ἦλθον εἰς τόδ᾿ αἰσχύνης ἐγὼ
ὥστ᾿ ἄνδρα πάντων φίλτατον βροτῶν ἐμοὶ

Equidem aliquando cogitabam de edendo σκέψεις ἔνειμας. Cum vero duo Codices A. Fl. habent σκέψιν παρέσχες, hoc potius in textum adsumendum judicavi: idem fecerat Brunckius.

1321. Dorica forma ὀλοίμαν in Editionibus erat Aldinam sequentibus, et γενοίμαν infra v. 1408. contra consuetudinem dialogi Tragici. Correxit Valck. ὄλωλα infeliciter conjecit Marklandus.

1322. Hunc versum habet X. Π. 816. ἔνεστι καί σοι A. non male. συγγνώμην ἔχειν Fl. Vid. supra ad v. 116.

1323. Abundat ὥστε ante infinitivum, ut supra v. 702. in Suppl. 581 (591.) Οὔτοι μ᾿ ἐπαίρεις, ὥστε θυμῶσαι φρένας. Aesch. Prom. 347. Choeph. 540. Κρίνω δέ τοι νιν ὥστε συγκόλλως ἔχειν. Soph. Phil. 656. Ἆρ᾿ ἐστὶν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν; Electr. 1454. Πάρεστ᾿ ἄρ᾿ ἡμῖν ὥστε κἀμφανῆ μαθεῖν. Loca, quae sequuntur, indicavit Porsonus apud Gaisfordium ad Supplices. „Sophocl. Oed. Col. 1346. Aesch. Eum. 202. 228. Eur. Orest. 52. Markland. ad Iph. T. 1380.“ τόδε pro τάδε A. Flor.

1324. Virg. Aen. II. 586. *animumque explesse juvabit Ultricis flammae.*

1325-6. Hos versus citat Eustath. ad Od. N. p. 519, 28. et rursus attingit ad Odyss. Z. p. 266, 34. ed. Bas. observante Valckenaerio; qui censet ex his Euripideis expressos esse Ovidii versus Met. III. 236. *pater omnipotens, (neque enim licet irrita cuiquam Facta Dei fecisse Deo) pro lumine adempto Scire futura dedit.* XIV. 783. *Sola Venus portae cecidisse repagula sensit, Et clausura fuit, nisi quod rescindere nunquam Diis licet acta Deûm.*

1327. σάφ᾿ οἶσθα Lasc.

1329. φίλτατον ἐμοὶ βροτῶν Lasc. Ald. Ordinem, quem metrum postulat, e duobus Codd. A. B. reposuit Musgravius, post Scaligerum. φίλτατόν γ᾿ ἐμοὶ βροτῶν Barnesius, otiosa particula male inserta.

θανεῖν ἐᾶσαι. τὴν δὲ σὴν ἁμαρτίαν,
τὸ μὴ εἰδέναι μὲν πρῶτον ἐκλύει κάκης·
ἔπειτα δ' ἡ θανοῦσ' ἀνάλωσεν γυνὴ
λόγων ἐλέγχους, ὥστε σὴν πεῖσαι φρένα.
μάλιστα μέν νυν σοὶ τάδ' ἔῤῥωγεν κακά,
λύπη δὲ κἀμοί· τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ
θνήσκοντας οὐ χαίρουσι· τούς γε μὴν κακοὺς

1330. σὺν pro σὴν Lasc. vitiose.

1331. Crases in vocibus ἢ εἰδέναι et μὴ εἰδέναι apud Tragicos haud rarae sunt. Ne quis tironum in hoc versu haereat, ex-
163 emplis sint Orest. 472. Ἔα· τὸ μέλλον ὡς κακὸν τὸ μὴ εἰδέναι. Iph. T. 1048. Λάθρα δ' ἄνακτος, ἢ εἰδότος, δράσεις τάδε; Ion. 324. Ὡς μὴ εἰδόθ', ἥτις μ' ἔτεκεν, ἐξ ὅτου τ' ἔφυν. Soph. Oed. C. 1155. Antig. 33. Καὶ δεῦρο νεῖσθαι ταῦτα τοῖσι μὴ εἰδόσι Σαφῆ προκηρύξαντα. ubi vulgo τοῖς μὴ εἰδόσι, hiatu sane non ferendo. οὐκ inseruit Brunckius. 263. Κοὐδεὶς ἐναργής, ἀλλ' ἔφυγε τὸ μὴ εἰδέναι. vulgo editur ἔφευγε. emendatum citavit Porsonus ad Med. 139. Antig. 535. Trach. 321. Insolentiores quidem, sed ejusdem ordinis sunt crases in μὴ αὐτὸς Iph. T. 1010. ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα Soph. Trach. 84. Nostri Electr. 1104. Ὅστις δὲ, πλοῦτον ἢ εὐγένειαν εἰσιδὼν, Γαμεῖ πονηράν, μῶρός ἐστι. Contra frequentissima sunt ἢ οὐ et μὴ οὐ, quae semper apud Atticos monosyllaba efficere dudum monuerunt Viri docti.

1332. ἀνάλωσε et mox ἐλέγχουσ' Lasc. ἀνήλωσεν mavult Elmsleius.

1334. μάλιστα νῦν σοί που Ald. μ. νῦν δὴ σοὶ E. P. Lasc. μ. μὲν νῦν σοι A. B. D. Fl. et hoc praetuli, rescripta tantum νυν enclitica. τά γ' pro τάδ' Lasc.

